Postquam genus humanum in prima dampnationis propagine de paradiso deliciarum expulsum est. et exigente iusticia in tenebras exteriores adductum: dereliquit unusquisque dominum factorem suum et recessit primum a deo salutari suo. Et alius quidem per desperationem: alius per superbiam. alius per luxuriam alius per incontinentiam: alius per impietatem. alius per gulam: alius per ignorantiam. male senserunt de deo. blasphemaverunt sanctum israel: alienati sunt retrorsum. erraverunt ab utero: locuti sunt falsa. non est intelligens: neque requirens deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum usque ad unum. Per desperationem: sicut caym. qui nequiciam suam miseratione divine preponderare putavit. nec tantum est posse reum iustificare: qui potuit iustum creare. ac propterea vagus et profugus factus est super terram. Per superbiam: sicut filii nebroth. qui calcaneum suum contra conditorem levantes contumacie fabricam erexerunt. et confusi sunt: nec potuerunt stare. Per luxuriam: sicut gomorrei et sodomite. qui cum creaturam ad imaginem dei factam turpissimo sceleris genere fedaverunt: celesti furore percussi horrendum sue perditionis iudicium seculis omnibus reliquerunt. Per incontinentiam: sicut populus ille qui sedit manducare et bibere. et primus ludere surrexerunt: et perierunt ab exterminatore. Per impietatem: sicut ieroboam et multi regum israel. qui ad iniuriam summi dei: statuas et idola construxerunt.

et servierunt creature potius quam creatori. quorum gloria in confusione et exitus illorum sine honore. Per gulam: sicut dives ille purpuratus et iugium epularum amator. qui dum vixit: sepulcrum patens os suum exhibuit ad ingluviem. moriens: sepultus est in inferno. neque descendit cum eo gloria eius: sed mors amara depascit eum. Per ignorantiam vero: sicut populus gentium qui ambulabat in tenebris. qui zelum dei habentes sed non secundum scientiam: commutaverunt gloriam incommutabilis dei in similitudinem corruptibilis creature. Et quia conditori suo nescierunt esse subiecti: condignam erroris sui mercedem recipientes servi facti sunt bestiarum. His talibus peccatorum tenebris excecati: viam domini nescierunt propterea perierunt. Sed postquam venit lux vera que lucet in tenebris. et a tenebris obscurari non potest. apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. apparuit via veritatis et vita. apparuit magni consilii angelus. et in terris visus est et cum hominibus conversatus est: aperti sunt primum oculi cecorum ut viderent salutare dei. et cognoscerent te solum deum: et quem misisti ihesum christum. Hoc itaque tempus post tempora multa venturum propheta considerans. quando videlicet oculi ad oculum mortales deum viderent. quando peccatores et peccatrices ad veniam vocarentur. quando magi ab oriente dominum quererent et invenirent. quando de gentibus ceci viderent et de iudea pauperes discipuli regnum celorum evangelizarent: quando veri adoratores in spiritu et veritate non in montibus adorarent. quando deus de prope et non deus de longe videretur: nostri temporis homines adhortatur et dicit. querite dominum: dum inveniri potest. Quasi diceret. quoniam multi reges et principes multi sacerdotes et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt: beati vos qui cum illo iustissimo et beatissimo symeone clamare potestis et dicere. viderunt oculi mei salutare tuum. Sed quia constat multos mortalium et quamdiu inter homines conversatus est et post resurrectionem et ascensionem suam usque in hodiernum diem quesisse dominum salvatorem. nec invenire potuisse: postquam admonuit propheta negligentes ut quererent. etiam doce-

ſtuduit: quomodo quęrerent ut inuenirent. Ait ergo. Derelinquat impius
uias ſuas: ⁊ uir iniquus cogitationes ſuas. Multi re uera de iudeis.
multi de gentibus: dominum quęſierunt: ⁊ inuenire minime potuerunt.
de quibus dicitur: quęretis me ⁊ non inuenietis. ⁊ in peccato uestro moriemini.
Quęſiuit enim herodes xpm infantem. ſed quoniam non reliquit uiam impietatis
ſuę: illum inuenire non potuit. Quęrebat ⁊ ſaulus ardentiſſime dominum
quem non tamen inuenit: niſi poſtquam uias perfidię dereliquit. Quęſi
uerunt principes ſacerdotum ⁊ pharisei ihesum nazarenum ⁊ crucifixerunt. ſed
quoniam ſecuti ſunt uias ſuas: ad xpm dominum non peruenerunt. At contra petrus
⁊ andreas iacobus ⁊ iohannes ⁊ multi diſcipulorum xpi relictis retibus ⁊ naui
reliquerunt patrem ⁊ errores ſuos: xpm ſalubriter inuenerunt. quia fide
liter quęſierunt. Vnde ⁊ congaudentes ad alterutrum: dicunt. Inue
nimus meſſiam qui dicitur xps. Quoniam autem per uias impiorum iudei pariter ⁊ gen
tiles non incongrue intelliguntur: utrique enim populus infidelitatis arguitur.
ne tamen iſtos attendas: etiam xpianos ereticos ſtudioſe propheta notauit
cum diceret. ⁊ uir iniquus cogitationes ſuas. De corde nimirum exeunt
peſſime cogitationes atque blaſphemię. Iudei namque: quaſi propria legis perfi
di. gentiles: per idolatriam impii facti ſunt. Et quoniam in uiis ſuis utrique
pertinaces fuerunt: ad dominum qui eſt uia uitę peruenire non potuerunt.
Heretici uero quoniam fidem xpi ſuſceperant: uiis ſuis procul dubio renunciauerunt.
ſed apud ſe non recte cogitantes. ſed ſcrutantes ſcrutationes iniquas: in uia
uitę miſeri defecerunt. Prudenter ergo propheta ſanctiſſimus reprehendens utroſque:
reuocare contendit. Illos quidem qui xpm dominum ⁊ dei filium negant: impie
tatis accuſans. iſtos quia uiam ueritatis agnoſcentes ſuis cogitationibus
diſſipare conantur: arguens iniquitatis. quoniam ⁊ impium certe est conditorem
celi ⁊ terrę dominum ⁊ dominum abnegare: ⁊ iniquum in uia dei gradientibus heretice pra
uitatis ſcandalum ponere. Ecce karissimi liquido uidere poteſtis: quanta ſanctis
patribus cura noſtrę ſalutis fuit. ut ſalutis auctorem non ſolum uenturis populis

nuncia[...] uerum etiam ad quęrendum ad inueniendum ad inuocandum
populos admonerent. Quod ſi patres antiqui promiſſam celitus humano generi
gratiam a longe conſpicientes. uenerari. diligere. ac nobis ſcribere ſtuduerunt:
nos acceptam deſpicere non eſt conſilium uiri fratres. Scimus enim quoniam quę
cumque ſcripta ſunt: ſcripta ſunt utique ad doctrinam ⁊ correptionem noſtram. ut per
conſolationem ſcripturę: credentes ſpem habeant in futuro. non credentes:
inexcuſabiles ſint apud dominum. quia ſi non miſiſſet ſi non ueniſſet ſi non locutus
eis fuiſſet: peccatum non haberent. Nunc autem: excuſationem non habent
de peccato ſuo. Si autem inexcuſabiles erunt illi qui non crediderunt. quoniam
excecatum est inſipiens cor eorum: quis noſtrum ſatis poterit excuſari. qui uidimus ⁊
cognouimus gloriam eius gloriam quaſi unigeniti a patre. qui ⁊ gloriamur in libertate
glorię filiorum dei. ſi uias noſtras ſequamur. id eſt deſideria carnis amemus. Si
loquenti domino non acquieſcimus id eſt mandata eius ſeruare contempnimus.
Si ſcimus uoluntatem eius ⁊ non facimus. Si credimus ⁊ non obedimus. Seruus
inquit ſcriptura ſciens uoluntatem domini ſui ⁊ non faciens: punietur magis.
An diuitias bonitatis eius contempnimus. An neſcimus quoniam patientia dei ad peni
tentiam nos expectat. Scimus utique ⁊ ideo minus excuſari poterimus. quoniam ⁊ uo
luntatem domini ſcimus: ⁊ operandi tempus habentes: obſtinati tamen operari negli
gimus. Quid ergo fratres quod conſilium capimus. Quid faciemus ut operemur opera
dei. Audiamus conſilium uiri dei: ut uenire poſſimus ad uiam dei. Quęrite
inquit dominum dum inueniri poteſt. inuocate eum dum prope eſt. ac ſi dicat.
nolite in uacuum gratiam dei recipere. nolite negligere. tempore accepto exau
diui te: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. ſed quęrite dominum dum inueniri poteſt.
Inuenitur enim ab his qui non temptant illum. ⁊ qui fidem ſuam numquam mutant
ab eo. Qui mane inquit uigilauerit ad me: inueniet me. Inuocate eum
dum prope eſt. Prope eſt enim dominus: omnibus inuocantibus eum in ueritate.
Ecce inquit uobiscum ſum: cunctis diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Vbi
inueniri poteſt: ⁊ dum prope eſt. hoc eſt dicere. Quamdiu ſumus in hac uita.

mortali. quā diu liberi arbitrii priuilegio fungimur. quādiu et peccare
possumus et peccatorum penitentiā agere. quia in inferno: nulla est redēptio
liberans. nulla penitentia iuuans. nulla confessio ad salutē. In inferno
enī quis confitebitur tibi. Propterea frēs et filii sicut a principio sermonis
audistis. quia nō ueni docere perfectos sed uocare peccatores ad penitentiā.
rogo uos et admoneo per caritatem xpī que superat omnē scientiā et omnem
sensum. ut derelinquat unusquisque uiā uias suas. hoc est desideria cor
dis sui. et unusquisque cogitationes suas hoc est carnales meditationes
abiciat. et conuertatur ad dnm̄ quādiu facile est inueniri. Nemo uestrum
blande se consoletur et dicat. scio quia peccator sum. sed quid. nō sum solus mihi
sunt mecū. reges et principes. epī et abbates. monachi et eremite. similia uel
peiora committunt. et ego melior illis ero. Quecūque locū post mortē uenire
adiero: multos habiturus sum socios. Si uelit perdere ds̄ omēs peccatores
terre: quis hominū sine peccato ut accessit ad uitam. ut a uita deces
sit. Qui necā in angelis suis repperit prauitatē. Quare ds̄ hoīem
de limo terre formauit et carnis instrumēta composuit. nisi ut fruamur terrenis
et delectemur in carne. Numquid ds̄ requiret ista. Ipse enī nouit figmentū
nrm̄. Parcet populo suo clementissimus dn̄s. nec patietur frustra perire creaturā
quā fecit. ad laudem et gloriam nominis sui. Hec et similia confingentes:
uulnera sua demulcent. nō ut mortē deuitent: sed ut dolorē nō sentiant
mortis. Hee sunt cogitationes que separant a dō. quia uane sunt et peruerse.
Hee sunt inmissiones per angelos malos. quas ille serpens antiquus: quasi
ad consolationē sensibus humanis insibilat. dicens. nequaquā morie
mini: sed eritis sicut dii. Qui dum nos hucusque persequitur. et in ueteratas
exercet inimicicias: hoc conatur efficere. ut qui peccare nō metuimus:
nec iudicium formidemus. Dulces equidē syrenarū cantus. sed in perniciē au
ditores trahunt. Re uera frēs multi sunt peccatores: pauci uero electi.
sed unusquisque pro se reddet racionē dō. Multi sunt peccatores: et multa

sunt to[...]a gehenne. multi sunt peccatores: sed non minus ardebit quis
cū multis ardebit. Aut forsitan quod a multis peccatur: minimū est. Nonne
multos immo cunctos assumpsit diluuiū. et noe solus euasit quia iustus
in ea generatione repertus est. Nonne sodomis uorago cunctos absorbuit, et solū
lot sua iusticia liberauit. Nonne multa filiorum israel obsolum murmuratiū
prostrata sunt in deserto. et soli duo de tanta multitudine terrā promissionis
intrauerunt. Numquid multitudo illis uel illis immunitati fuit. Ecce omēs
gentes quasi non sint: sic sunt coram eo. Ipse enī percutit: et occidit. et nō est
qui de manu sua possit eruere. Nolite frēs errare. nolite uana nobis:
et falsa in futuro promittere. parcit utique peccatoribus ds̄: sed si peccare cessa
uerint. si preterita mala defleuerint. si bona de cetero fecerint. Vocat
ds̄ peccatores. sed prius ad penitentiā. ac deinde consequenter ad ueniā.   44
Recipit dn̄s peccatores et manducat cum illis. sed conuersos: nō obsti
natos. sed peccata plangentes: non iniquitates iniquitatibus apponentes.
sed in presenti: non in futuro. In illa enī uita: non aratur sed metitur. nō semi
natur: sed manipli colliguntur. non in terra sparguntur: sed in horreo congre
gantur. In hac enī uita: peccatores inuitantur ad ueniam. in illa: exclu
duntur ad penā. In ista dicitur: uenite ad me omēs qui laboratis et ego
reficiam uos. in illa dicitur: ite maledicti quia nescio uos. In ista qui
perseuerauerit usque in finē: saluus erit. in illa qui peccauit sine fine: sal
uus esse nō poterit. In hac ergo uita frēs querite dnm̄ dum inueniri potest.
ut in illa eū uidere possitis sicuti est. quod ipse prestare dignetur. qui uiuit
in secla seclorum. Amen. Item in quadragesima.
xvii. Homo quidam habuit duos filios et reliqua. Numquā frēs et filii
mei suspicatus sum fore. numquā certe meam uenit in mentē: ut etiam
in presens parabola conueniret. et uos meū proposita similitudo notaret.
Verum quia nō est in manu hoīs uia eius. sed gressus hominis a dn̄o diriguntur.
factū est etiā istud a dn̄o. et est mirabile in oculis nr̄is. Collegerā nuper omēs

sarcinulas meas et perscrutata suppellectili domus mee. substantiam meam per
modicam undecumque confeceram. quam duobus filiis die magno festiuita
tis palmarum in commune dispergerem. Consueueram panes in alueolo me
ditationis quos messoribus cunctis simul offerrem. et ecce subito apparuerunt
de regia cappella qui dicerent. pater da nobis portionem substantie que
nos contingit. fer productum quod habes in manu tua paruulis nostris. alio
quin inficiemus te et domum tuam. et fremebant in eum. Raptus ergo in momento
de terra: positus sum in medio eorum. ubi circumdantes circumdederunt me.
et impotentem uiri potestatem habentes et regalem munificentiam assueti: coege
runt quicquid habui facultatis expendere. nichilque mihi relictum est diuitiarum
in manibus: unde uel illos pascam qui mecum portant pondus diei et estus:
uel meipsum utcumque sustentem donec pluat dominus super terram. Putabam
me fateor debitis absolutum sollicitudinis sarcinam deposuisse et paup
ertatem meam libertatis munere consolabar. et ecce senior filius iacob magnus
cum turba multa et strepitu stetit ante ostium helisei. et indignatus nolebat
intrare. Cui cum blandirer et dicerem tu fili semper mecum es et omnia mea
tua sunt oportebat quidem illos ut semel in anno comederent uitulum sagi
natum: econtrario respondebat. illi manducauerunt et saturati sunt nimis.
et isti non fuerunt saturati hodie: murmurabunt. Summa ergo necessitate
compulsus simulque considerans illud uulgare prouerbium multa filii mater
macra: necessariam mihi adinueni parabolam que et patris defleret angustiam:
et filiorum aliquatenus ingluuiem deliniret. Accipite ergo grate: quod importune
rogastis. et libenter rependite: quod rogamus. ut breuissimam patris substantiam:
breui liceat spatio terminare. Homo quidam habuit duos filios et cetera.
Multa super hunc locum sancti patres et doctores ecclesie dei spiritu sancto dictante
scripserunt. que si uelimus uniuersa colligere: et tediosum erit sepius au
dita repetere. et onerosum tot congesta narrare. Omittamus ergo si placet
parabole huius intima perscrutari. et quid de uocatione gentium in filio penitente

quid de iudeorum reprobatione contineat in filio seniore: medullitus querere
desistamus. Quia sicut diximus difficile nobis esset cuncta disserere: et uobis forsi
tan laboriosum audire. Dimittamus magna maioribus. et diuitibus suas diui
tias demandemus. Nos autem panem cibarium quandoquidem in hac solitudine
alium non habemus: simplicibus hoc est nostri similibus apponamus. quamquam et de
licatis soleant illa conferre. et rusticana interdum prandia: plus placere. Vi
deamus ergo attente quid iste paterfamilias de duobus filiis habet disponere
quod ex filiorum dispositione docere. et que nostre uiderimus utilitati congruere
moribus conuenire nostris quantocius commodis applicemus. Homo ergo qui substan
tiam filiis petentibus bipertiuit: ille sine dubio est ad quem communiter omnes 96
clamamus. Pater noster qui es in celis panem nostrum da nobis hodie. qui dat escam omni
carni. et presto est omnibus se inuocantibus in ueritate. Filii autem maior et minor:
clerus et populus fidelium sunt. qui potestate accepta per gratiam effecti sunt filii
per adoptionem. Maior ex illis filiusfamilias: significat nec dubium ordinatos
in ecclesia sacerdotes. qui quanto domino domus ex familiaritate propinquiores adherent:
tanto scientia et sanctitate populo preminere creduntur. tantoque honoris priuilegio
gaudent: quanto tunc populis maiores habentur. Isti quidem nullam a patre portionem
requirunt quia nec leuite quondam israhelitice plebis: sortem cum ceteris acce
perunt. Pars enim illorum dominus est. et ipsi decimas ab hominibus sumunt nec
decimantur: qui in ministerium sanctificationis assumpti: cum hominibus non flagel
lantur. Adolescentior filius lasciuus: indubitanter est ordo laycorum. qui substantia
patris accepta: peregre proficiscitur in regionem longinquam. quia layci nimirum
largioris indulgentie licentiam acceperunt. scilicet uxores ducere.
filios procreare. longe quadam arbitrii libertate discurrere: nec continentie
legibus coherceri. luxuriose corporis et anime substantiam dissipare: ac
per hoc ad uirtutum inopiam deuenire. uni de mundi principibus adhe
rere: hoc est uoluptatem sequi. porcos pascere: id est sensus mulcere carna
les. nec abinde saturari: quia nichil est umquam libidini satis. multaque

dispendia pati. per que coactus tandem et humiliatus ad penitentiam: et erro
rem suum possit agnoscere. et miseriam non pudeat confiteri. Quasi enim de
longa peregrinatione redeunt fatigati: quando peccatores ad ecclesiam a qua
plurimam deuiauerant reuertuntur. et omnia consumpsisse et nichil habere cogno
scunt quando se et innocentiam perdidisse: et minimis etiam iustitie bonis egere
fatentur. Quibus pia mater ecclesia non solum peccata non improperat legis non sup
cilio pharisei publicanum fastidit in terra prostratum: non securum negat accessum.
sed etiam redeunti procul occurrit. fesso brachia subuentionis. mesto lacrimas com
passionis. nudo stolam iocunditatis. deuio calciamenta iustitie. diffidenti
anulum securitatis. laboranti blandimenta solaminis. bucellam petenti:
communionem elargitur. Quod utique minoribus filiis hoc est laycis per seculi ua
na currentibus frequentius euenire uidemus. dum uel egestate confecti morbo uel
senio debilitati: prius quidem ad se ac deinde ad ecclesiam redeunt. ut mea
quasi de sodoma fugientes saluentur. Clericis uero proh dolor aut numquam
aut raro contingit ut uel sero delonge redeant. ut suam paupertatem
agnoscant. ut ad penitentiam humiliati confiteantur et dicant. pater pec
caui in celum et coram te. quin potius uidemus in ordine sacerdotali quamplures
carnis spurcissime sordibus inuolutos: alios suo iam coputruisse fetore.
alios in dies uelut iumenta putrescere. alios in stercoribus diem ultimum
operiri. et quoniam induratum est insipiens cor eorum ut compungi nullatenus ualeant
ad penitentiam: eo ipso se sanctos oculis hominum mentiuntur quod peccata sua
non produnt. et alios qui crimina confitentur quasi peccatores despiciunt et asper
nantur. Unde bene subiungitur. Senior autem filius erat in agro. Erubes
cant sacerdotes et clerici. qui laycis ingredientibus: exteriores remanent. qui
angelis in celo de peccatore penitentiam agente gaudentibus: miseri con
tristantur. qui nec redeuntibus officio quidem adesse: nec conuiuio cum
his interesse merentur. Clericis enim et sacerdotibus nostri temporis quasi peculia
re uicium istud est quod relictis studiis litterarum per quod et discere poterant et docere.

neglecto predicationis et orationum officio ad quod specialiter sunt uocati con
tempto etiam secretario diuine contemplationis per quod se ceteris efferunt
et gloriantur: terrenis cupiditatibus inhiant. uxores non ducunt sed habent.
filios et filias generant. quos non hereditatis eterne. sed perpetue paupertatis here
des instituunt. et rerum et ordinum uice mutata: populus orationibus uacat et
clerus secularibus implicatur. Et indignatus inquit nolebat intrare. Layci
peccantes sicut ait quidam grecorum catholicus: facile corriguntur. clerici autem:
inemendabiles sunt. Pudet enim sacerdotem peccantem exemplo minoris filii
hoc est sui minoris ad penitentiam humiliari. et ideo fratrem uidere non
potuit reuertentem: quia imitari noluit penitentem. Quibus omnibus quid aliud
quam in hoc mundo per exempla corripimur ut non cum hoc mundo dampne
mur. Dum enim sedemus in cathedris seniorum et delonge uenientem fratrem
hoc est de lubrico uite redeuntem aspicimus: non indignari sed potius congau
dere debemus et deo gratias agere: quia qui perierat inuentus est frater et qui
mortuus fuerat resurrexit. Non debemus confidere in uerbis mendacii
nec arrogare nobis dicentes. Ecce tot annis seruio tibi: et numquam manda
tum tuum preteriui. et numquam dedisti michi edum ad epulandum. quasi di
xerimus ista: mentimur et ueritas in nobis non est. Quis enim mundum
gloriabitur se habere cor? Quis tamen apud deum qui nouit abscondita
tenebrarum gloriari possit et dicere. ecce tot annis seruio tibi cum utique terre
nis desideriis occupati plus uentri uideamur seruire quam deo. plus uanita
tibus seculi quam officiis diuinis insistere. plus uiciis quam uirtutibus obedi
re? Quomodo ergo tot annis seruimus ei qui per tot uicia declinamus ab eo?
Non enim deo sed peccato deseruit: quisquis per gulam per superbiam per luxuriam et
per uicia queque dilapsus a dei seruitute recedit. Qui enim facit peccatum:
seruus est peccati non dei. Illud autem quis audeat attestari quod dicitur. man
datum tuum numquam preteriui. cum utique et sic cetera taceamus hoc ipsum
est dei preterire mandatum. quod nec fratrem diligimus nec patris ipso subiacemus.

quinetiam ut verius fatear nec patrem diligere comprobamur quia qui
diligit me mandata mea custodit. Qui ergo fratrem non diligit: nec pa
trem amat de fratris dilectione mandantem. Illud autem quam perspicue men
dacium sit quod dicitur numquam dedisti mihi ad epulandum: nullus ignorat.
cum manifestissime constet: quia quod ceteris preminemus quod ordine sa
cerdotali quasi primogenitura gaudemus. quod ei tot annorum servicium impu
tamus: totum sit de gratia patris. qui nos et novi testamenti ministros effi
cere: et ad convivium vituli saginati etiam indignatos dignatus est
invitare. Quod enim frater ante recipitur: non patris culpa sed nostra est. qui cum
simus familiares in domo: foras exivimus in agro. et dum vagabundi
per exteriora dilabimur: nec inmerito preventi sumus a iuniore. et facti sumus
novissimi in retributione denarii qui putabamur in ordine primi.
Quod utique iustissimo sed occulto dei iudicio fit. qui deponere potentes de
sede: et exaltare humiles consuevit. ut qui de primo gradu esse minorem
volebamus tumidi superbire: ab eo qui nos et illum vocavit dare locum merito
compellamur. ut homo qui cum in honore esset non intellexit: addiscat intelli
gere cum rubore. Nos ergo et negligentie nostre debemus irasci: non adversus pa
trem familias qui bonus est indignari. quia non negat panem domesticis
suis: qui vitulum fugitivis indulget. Quomodo frugi filium exhere
daret qui non abdicat luxuriosum. Quomodo amicos ad nuptias
invitatos excludat qui claudos et cecos intrare compellit. Sed fratres et
domini. paradigma filii senioris quod sacerdotes et clericos specialiter tangit:
ad doctrinam et correctionem nostram suscipiamus. quia si pudor est ante
alios ad nuptias dominicas non intrare: multo verecundius multo pericu
losius extra ianuam remanere. Ecce layci cotidie nostri scilicet iuniores
post peregrinationem redeuntes ad patriam: lacrimis et gemitibus incumben
tes ieiuniis et confessionibus inclamantes: vim faciunt regno dei. et de
manibus nostris violenti rapiunt illud. Ecce ab oriente et occidente et

de cunctis

de cunctis partibus ceci et claudi currentes adveniunt ut recumbant cum
prophetis et patriarchis in regno dei. et nos filii regni dispensatores mysteriorum
dei coheredes Christi foris stabimus sicut virgines fatue. ut de filiis lucis fiant
filii tenebrarum. Absit absit hoc a ministris Christi. ut ipsi foris remaneant
per arrogantiam qui per iter humilitatis alios introducunt. absit hoc ut
sibi paradysi ianuas obstruant: qui ad aperiendum omnibus claves portant.
Quid bonus ille paterfamilias disciplinato filio poterit denegare. qui super
bum ita consolatur ut dicat. fili tu semper mecum es. et omnia mea tua sunt.
Ecce fratres audistis quia omnia mea tua sunt. quid queris. quid indignaris. 48
Omnia nimirum dedit: qui filium unigenitum dedit. cum quo et omnia
nobis donavit dum nos hodierna cum discipulis cena per corpus et sangui
nem filii sui ad dei reformatos imaginem in filios adoptavit. Qui ergo ha
betis omnia: desistite querere portionem. Quia quod unum est: divisionem non
patitur. quod autem divisionem suscipit: stare cum integritate non potest. Ecce
audistis quia regnum dei intra vos est. currite ut comprehendatis: apprehen
dite ut teneatis. tenete nec dimittatis: ut tenentes possideatis regnum
eternum paratum electis et sanctis ab origine mundi. quod et nobis prestare dignetur
qui vivit in secula. Possunt autem non incongrue secundum alium intellec
tum et aliter ista distingui. et per patrem duorum filiorum unaqueque anima fidelis in
telligi. que per usum rationis in homine quasi pater prestat in domo. que duos
tantum generat filios. duo scilicet opera caritatis exercet. dum per dilectionem
dei et proximi: et contemplationi vacat et actioni deservit. Quorum alter maior
alter dicitur esse minor. quia diligere deum ex toto corde: primum est et magnum
mandatum in lege et ordine et dignitate. Secundum licet posterius ordine: simile
tamen est in dilectione. quia hoc mandatum habemus a deo. ut qui diligit
deum diligat et fratrem suum. et quamquam maria sedeat semper ad pedes domini et
intenta divine speculationi capere verbum illius. quamquam martha ministret
et pluribus occupata turbetur: sorores tamen nichilominus sunt que diversis

studiis uni domino servire contendunt. Quod itaque iunior filius accipiens por-
tionem egreditur maiore filio remanente: ad eundem pertinet sensum in-
duximus. quia cum uterque sit filius: alter per contemplationem diligens vacat:
alter per dilectionem circa proximos sollicitus operatur. Dum enim fidelis anima per
intima spiritualis desiderii superna suspirat: quasi seniorem filium domui vacan-
tem habet. cum vero per compassionem proximorum necessitatibus subvenit: iuniorem
filium profert. qui frequenter ad tempus dimisso peregre proficiscitur. et universa luxuri-
ose devastat. Quia dum exterius pauper pascitur et elemosinarum largi-
tionibus vacat: inutiliter tempus vite consumere creditur. nisi rursus ad contem-
plationem redeat: et que per exteriorem occupationem tempora secrete conversationis
perdiderat: penitudinis et lacrimarum compensatione restauret. Adversus
quem bene frater dicitur indignari. et ab eo faciem sue cognitionis avertere. quia
dum mens humana per actiones secularium exterius rapitur: cum ad interna redie-
rit confusione quadam retunditur. et dum ea que paulo ante bene specu-
lando cognoverat modo quasi minus acuta non attingit: absentem procul dubio
maiorem et quasi indignatum sentit. Sed redeunti longe pater occurrit et
revocato convivium parat: quia post tribulationes et flumina lacrimarum
quibus foris affligitur intra claustrum sancte cogitationis se colligens: me-
lioris spei dulcedine satiatur. Quod autem frater nolebat intrare: hoc ipsum
quod diximus videtur astruere. quia si fuerit anima exterioribus oculis vel
per modicum evagata: difficilius ad interna revertitur. et vix ei que paulo
ante patebat via celestium aperitur. Unde bene subiungitur. Et egres-
sus pater cepit rogare eum. Excusat semet ipsam apud dominum fidelis anima quasi
propter dominum etiam aliena curaverit. et ei blandiens orat ne propterea faciem suam
avertat ab ea. quia quamvis spem bonam de divina miseratione conce-
perit: necesse est precibus insistat. ut in nobis ostium speculationis ad ipsum
aperiat per quod ad nos intrare dignetur: et visionis sue copiam faciat
per quam plenius in convivio delectemur. Non est enim gaudium

convivantibus plenum: nisi ad vitulum saginatum frater uterque con-
veniat. Hec simphonia et chorus adinvicem consonantes: tanto con-
vivio respondebunt: nisi contemplativa pariter et activa concordent.
Hoc enim simphonia et chorus insinuant: quod duo caritatis opera
monstrant. quod duo fratres. duo vel sorores assignant. Hii sunt ge-
melli fetus qui detonsam quem ascendentem de lavacro comitantur
geminum videlicet caritatis affectus: qui sanctam animam lacrimis dealbatam
deposito vellere hoc est carnis onere in eterna patria consecuntur. Hoc
idem faciunt corpus et anima. ut altera quasi per fidem: alterum per operationem
ad pascale sacramentum accedat. Ubi si hec duo nostra plene consense-
rint: quicquid postulaverint impetrabunt quia plenum de convivio gau-
dium reportabunt. Epulari autem et gaudere oportebat. Quod in gaudio
et epulis parabola terminatur. illud videtur respicere quod alibi dicitur. Non
erit ultra luctus neque clamor. sed nec ullus dolor. quoniam priora transierunt.
hoc est anima nostra que dudum in carne posita multa vitiorum de
terrena cohabitatione contraxerat: in ipsa quoque studuit castigare quod fecit.
dum adhuc in vita consistens: quicquid rubiginis habuit flumine lacrimarum
delevit. Cui sola de reliquo superest retributio consolationis hoc est coro-
na iusticie quam reddet illis in illa die quam et nobis non reddere sed dare
·xviij· dignetur qui vivit in secula. Item in quadragesima.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi. media nocte clamor
factus est. media vita in morte sumus. Sicut ego fraternitati vestre
quicquid precibus apud dominum. quicquid apud homines sermone vel scientia valeo
libenter impendo: sic in his que vires excedunt a vobis extimo non
debere gravari. Quoniam et si iustum est patrem petere quod habeat elargi-
ri: certe nimis improbum erit illud exigere. quod nullo valeat a non haben-
te prestari. Consuetudinem itaque vocis officio debitum predicationis
quo vobis teneor alligatus exsolvere. mente oculis lingua totisque

[illegible marginal gloss]

uariis laborare. ut totum ſi fieri poſſet ſpiritum ſilius patrie caritatis in-
funderem. nec tamen ualebam totum exprimere quod uolebam. Non pro.
eſt enim facile ſemper ad inuenire que dicas. congrue que inueneris ordi-
nare. memorie ordinata recolere. ſingula mente ſignare. cuncta
ſingillatim exponere. et in his omnibus et modeſtiam ſeruare laborum:
et a catholice ueritatis ſemita non exire. Ad hec ſi multa breuiter
dixero: non erit fame tollere ſed augere. ſi pauca uelim pluribus tendere:
non farre ſed paleas. uentres pauperum explere uidebor. Vulgaria riſum:
communia faſtidium habent. recentia deſunt: uetera tranſierunt. noua
ſemper ut diximus inuenire. et inuenta memorie continuatione referre.
labor eſt quam ſcribere maior. Hinc ergo mea neceſſitate compulſus. inde
ueſtra commoditate prouocatus: uocis officium in ſcripturam mutaui. ut
in altero labori parcere ſeruus. ne forte clamando deficeret. in altero:
ieiunantibus de cena melius prouidere. ne non ſaturati: de media ſicut
aſſolet murmurarent. Accipite ergo uos ipſi et legite. ac ſi quid paupere uideri-
tis in lecto. quod oculis ſapiat ut palato: recondite in uaſis ueſtris. et ſerua-
te dum ſponſus aduenerit.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. et media nocte clamor factus eſt.
et media uita in morte ſumus. et cetera. Mare magnum ac ſpacioſum ſacra
dinoſcitur eſſe ſcriptura karissimi. quod ſi perſpexeris in ſuperficie: aut nulla quidem
aut rara eſt. ſi paululum altius inueſtigaueris: multa inueſtigantibus narrati-
ua primus exhibebit. Norunt hoc melius illi: qui aſcendunt mare
ſcripturarum in nauibus. facientes operationem in aquis multis. Ipſi uiderunt
opera domini: et mirabilia eius in hoc profundo. Nos autem rudes actum di tantaque
profunditatis ignari: cum illis ducere non audemus in altum. ſed ſtantes ſecus
ſtagnum geneſareth: a terra laborantes in remigando conſpicimus. magnum
que reputamus tantum. ſi quid ab illorum manibus rapimus. unde nos utcumque
paruulos nutriamus. Illi media nocte conſurgunt ad confitendum.

[illegible marginal note]

nos in die ſteritamus et oſcitamus. atque utinam qui nulla cum eis aſ-
ſurgere uirtute ualemus: quomodo ſaltem illa media nocte conſur-
gant inſpicere mereamur. Omnis ergo actio ſpiritualis. omnis intentio pro.
chriſtiane ſedulitatis ad bonum. omne denique uirtutis opus: tres habere
noſcitur dimenſiones. principium ſcilicet. ſtatum. et finem. Principio
incipit. ſtatu regitur. ultimo terminatur. Principium facile eſt.
ſtatus difficilis. finis appetibilis et iocundus. Bona principium uolun-
tas ordinatur. ſtatum: perſeuerantia regit. finem: ponit ſpes mercedis
in finem. Principium arripere: timoroſum. medium tenere: laborio-
ſum. finem contingere: glorioſum. Principio deficere: turpe. a 60
medio reuocari: dampnoſum. finem perdidiſſe: miſerrimum. Princi-
pio cepiſſe: laudandum. medio perſeueraſſe: magnificum. bene con-
ſummaſſe: beatum. Principium ergo multorum eſt. ſtatum regere: forcium.
finem apprehendere: beatorum. Hoc ipſum uidemus in diuinis operibus ob-
ſeruatum. ubi tres hominis ſtatus: miro ſed occulto iudicio diſpenſantur.
Primus uidelicet ante peccatum. medius poſt peccatum. ultimus in futuro.
Et primum quidem ſicut ante iam diximus: poſuit timoroſum dicens.
quacumque die comederis morieris. Secundum: poſuit laborioſum. ut illud. in
ſudore uultus tui comedes panem tuum: donec in puluerem reuertaris.
Vltimum: ſtatuit glorioſum. quando ſanctis et predeſtinatis ad uitam: glorioſus
apparebit in maieſtate ſua. Hoc ipſum tres ſeculi ſtatus uidentur innuere.
Primus ante legem in diluuio: timoroſus. ſecundus ſub lege: laborioſus.
tercius ſub gratia: fructuoſus. Hunc etiam ordinem dominus et ſaluator in
euangelio ſeruaſſe uidetur. dum primo conuocans apoſtolos: timorem incuteret
dicens. niſi quis renunciauerit omnibus: non poteſt meus eſſe diſcipulus. ſecundo:
dum et laborem preſciens diceret. trademini a parentibus et fratribus et amicis.
tercio: dum ſalutem promitteret poſt laborem dicens. qui perſeuerauerit
uſque in finem: hic ſaluus erit. Sed dicitis. Quorſum hec? neſcimus

quid loqueris. Recolite sermonis principium: et intelligetis. Media
nocte surgebam ad confitendum tibi. Ad litteram ut alia transeam ad
presens: non parum laudanda virtus est viri. qui tali tempore ad confiten
dum exsurgit. quando cuncta remissius agere. quando fessis artubus
indulgere quietem. et quadam morte sepulta. ne humana solent nec di
vina curare. Qui autem media nocte consurgit: dubium non est. huc
et inde ad opus huiusmodi totum insistere. tota mentis intentione vacare.
Sed ideo noctem posuit: ut intelligas virum dei nec nocte quidem a laude
cessare. sed die ac nocte legem domini meditari. simulque veterem prophetiam:
novum extunc evangelium exordiri. ubi media nocte precipitur in ad
ventu sponsi cum lampadibus surgere. totamque huius sancti noctem
insomnem ducere propter fures et timores nocturnos. Noverat utique
vir fidelis et prudens: furem non esse venturum principio noctis. quando
vigilant omnes in domo. sed medio noctis silentio: quando solet in homines
sopor altus irruere. quando dormitant et dormiunt multi. et fures ef
fodiunt et furantur. Paucas habet temptationes: omne virtutis principium.
in via prestruuntur insidie. ubi lassus et esuriens populus: ollas rememorat
carnium. et relictos suspirat pepones egypti. Abdo propheta qui precepto dei
comminatus fuerat ieroboam super vitulis aureis et templis abhominatio
nibus suis: nichil mali passus in aula tyranni. redibat sospes ad propria.
cumque iam fessus itineris medio restitisset: a pseudo propheta decipitur. revocatur.
manducat et bibit in domo devertit. et mox a leone suffocatur in via.
Abner ille princeps militie regis saul: cepta revocatur a via. et insidiante
ioab: per miser hasta confossus. Denique vir ille famosus qui descende
bat ab ierusalem in iericho: in via sicut audistis a latronibus captus est et
vulneratus. ubique nudus adhuc et semivivus iaceret: nisi bonus ille sama
ritanus suum accelerasset adventum. Hanc viam multis obsessam periculis pre
viderat: qui dicebat. in via qua ambulabam absconderunt laqueum

mihi. et funes extenderunt in laqueum. iuxta iter scandalum posuerunt. Per
hanc viam solus ille transiit illesus: qui mundus ab omni sorde peccati.
confidenter agebat: dicens. singularis sum ego donec transeam. Venit
enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sic omnis temptatio le n
ne prendit initium. et pavonis ad instar: caput habet innoxium. tenue blandam
que cervicem. et que variis coloribus: aspectum demulceat intuentis. ut nichil
timoris in reliquum: nichil videatur habere suspecti. Circa pectus autem dilata
tur et alas. pluma deformis. color funereus. mortis imaginem preferens. et comparatio
a prima capitis specie: toti corporis qualitate contraria distans. Que ne
diligens oculis pervidere possit. quia pervisa despiceret: memorata volucris. 61
proprie conscia deformitatis: posteriores statim pennas expandere. suam
cunctis gloriam ostentare. ad hec intuentium oculos mentemque convertere:
ut decore pennarum et gloria. feda valeat medium corporis operire. Sic ille ser
pens antiquus. blando capite mollia suggerens: cur inquit lignum suave
gustu visuque delectabile non gustatis. Cumque illi primis suggestionibus
quasi nova capitis specie delectati vellent sequentia quam sunt turpia co
gitare. dicerentque ne forsitan moriamur: ille pravus elevata falsitatis
et mendacii penna: colore decoris et glorie pallorem mortis obtexit. Non
inquit moriemini: sed eritis sicut dii scientes bonum et malum. ut dum ad alta
promisse dignitatis intenderent: latens in medio precipitium non viderent. Hoc
ergo ordine: singulos mortalium temptat. dum prima quidem suggestione:
caput ostendit innocuum. affirmans nullum esse in cogitatione periculum. quia
primi motus sunt isti. et nemo potest hominum primos compescere motus.
Secundo: dum paulatim cogitationem ipsam ad delectationem trahit: quasi colli
planicie deblanditur. asserens nec in ista quidem esse mortale peccatum:
sinens ulterius non rapiatur. Tercio dum rursus per delectationem etiam ad
assensum inclinare conatur: pretendit media. que quia negare non potest
esse turpissima: posterius nititur coloribus obumbrare. Quasi enim quibusdam

pennarum coloribus: unusquisque suam turpitudinem operit. dum nature neces-
sitatibus: suam miseriam consolatur. allegans. aut non esse peccatum cum
absoluta quempiam et libera commisceri. cum sit proprium nature donum. aut
si forte sit. multis apud deum et homines posse rationibus excusari. quod ubi uide-
licet: nichil fiat contra naturam. quod ad nichil aliud sint illa carnis instru-
menta disposita. quod nichil in fidem nichil peccetur in proximum. sed sola
probetur esse carnis infirmitas quemadmodum fames sitis et cetera. adul-
timum super esse remedium penitentie cunctis. quod utpote qui nouit figmentum
nostrum misericors deus: nulli hominum. nulla hora. nullo umquam tempore de-
negauit. sed omnibus in commune statuit peccatoribus adhibendum. His igitur
blandiciis. hac uarietate colorum: ne media perpiantur uicia. rationis oculus
offuscatur. donec miser homo usu delectatur et gustu. sono tandem pauo-
nis uocis attonitus: in morte se suam intelligat delectationem. Vox enim
insana et ipso fragore terribilis. manifeste prodit exterius: quid intus horroris
inhabitet. quoniam mente interiore perpellat in fine: cuius in principio spes delec-
tabat aspectum. Cum non dubie potest illud sapientis aptari: quod egre-
gie de simili protulit [illegible]. ingreditur inquit blande nichil hostile preten-
dens. sed postea mordebit ut coluber: et quasi regulus uenena diffundet.
Tuta sunt a principio cuncta. in medio pericula reseruantur. et iuxta poetam
omnibus inuenies que post iactantur in altum nauibus: a portu mite fuis-
se fretum. Nemo enim ieiunans: a primo statim diluculo sentit mediam.
sed a meridie plus incipit esurire. dilatumque ad uesperam: grauius sentire
ieiunium. et tunc relictas escas recolere. tunc esse durum murmurare. tunc di-
uinis oblatrare mandatis. tunc patres sanctos superstitiosos dicere: et sacros in
multis canones accusare. Audiui deo teste non mentior. quod dum quidam
nostri ordinis cuius taceo nomen. febre correptus traheretur ad mortem: mona-
sterium petiit. habitum induit. sanctamque professus religionem: reliquum uite
christi milicie deputauit. Qui post aliquos dies ab egritudine conualescens:

cepit deo deuotus existere. uitam laudare monasticam. amare ieiunia.
frequentare uigilias. iugum obedientie ferre. et equis passibus ut in de-
liciis ad patriam festinare. At ubi per annum siue biennium in hac de-
uotione cucurrit: resumptis uiribus et pristina corporis sanitate. cum uide-
ret ceptum iter in longum protendi. nec finem ieiuniis et orationibus dari:
cepit miser itineris medio frangi. et de fine desperans: religionis assumpte
principium excusare. causas et occasiones confingere. quod non uicturus claustrum
intrasset: immo protinus moriturus. non ut uitam augeret parcitate et labore:
sed in breui terminaret utrumque. nec sui fuisse propositi. ut redderetur sanitati.
dum uiueret in monasterio remaneret: sed de illa tantum ualitudine si con- 62
tingeret emori: monachus moreretur. Hec et similia frequenter inmur-
murans. cum ad perseuerantie studium inclinari non posset: tandem claustrum
exiuit. exuit monachum interiorem. et exteriore tantum ueste retenta: fugit
a facie domini. uadens et non rediens uagus et profugus super terram. totumque
uite sue tempus in uanum consumens: decessisse fertur infelix miseria mor-
bo et egestate confectus. Sic igitur omnibus etiam et ignauis: leue comparet exor-
dium sanctitatis. sed ubi temptationum estus insurgere. et uolumina cogitatio-
num ceperint inundare: mens fragilis et infirma. non opponit brachia con-
fidentie contra. sed impossibile reputans enatare: lumina relictum post
terga deflectit ad litus. et preteritarum conscia uoluptatum: a medio reuocatur
itinere. fitque deterior quam ante fuisset. quia quos non potuit imitari:
aut decredere facta fortium. aut interpretari sinistre. quasi non eadem
fecerint patres sancti que docuerunt. aut siquidem fecissent: non sua quacumque
uirtute sed ope tantum celestis auxilii: supra hominem sint operati. ut
nullus uirtutibus aditus: nullus libero superstit arbitrio locus. Hee sunt
cogitationes male. que de corde surgentes: et ab ore impuri hominis
exeuntes. inquinatum esse conuincunt. dum in blasphemie uerba pro-
rumpunt. ut quod illis magne fuit materia glorie: istis eructio maioris

fiat causa ruine. iuxta illud apli. odor uite sunt ad uitam. et mortis
ad mortem. Hec sunt inmissiones per angelos malos. que profecturis ad
dnm. ac per ardua uirtutum cursuris occurrunt. scilicet quos propositum quod in
principio prepedire non possunt. in medio capsare nituntur. quando mens
humana labore defatigata. facilius cedit. et deceptoris sui suggestio
nibus delinita. prauis acquiescat. Hec prouidus admonebat ille cum diceret.
sic currite. ut apprehendatis. quia non omnes qui currunt. sed unus accipit
brauium. hoc est qui perseuerauerit usque in finem. non qui media defecerit
uia. Dicit itaque monachus aliquis qui de clericatu nuper ad monasterium
migrans. artiorem elegit ducere uitam. cum ad conflictum uenerit temp
tationum. et acutis hinc inde cepit libidinum sagittis affigi. mox recor
dari pristine libertatis. epulas recogitare carnales. delicias. uestes. et cetera
seculi blandimenta reuoluere. me miserum inquit. non poteram ego cum
ceteris in mundo saluari. nisi monasterium peterem. omnium miseriarum
experimenta passurus. ubi nichil boni. mali plurimum agitatur. ubi
plus est liuoris et odii plus seditionis et ire. plus omnium denique uiciorum quam
esse constet in mundo. Meo certe iudicio. sanctiores sunt seculares quam
monachi. et iustius in seculo uiuitur. quam in monasterio conuersatur. Quid ni.
Nunquid apli omnes. omnesque successores aplorum. epos dico sacerdotes et cle
ricos minus sci fuerunt quia uitam in seculo duxerunt. Numquid ambrosius.
ylarius. augustinus. nicolaus. et alii quorum non est numerus. minus dno pla
cuerunt quam benedictus. maurus. et ceteri. Infelix ego pre filiis hominum.
qui dum possem frui bonis in seculo que bonus dns creauit ad usum. et
secure deo cum epis et conpresbiteris meis. reliqui mundum ut sequerer
xpm. et sic utrumque in frustra uideor amisisse. Et hec quidem monachus.
clericus autem. ubi de laqueo uenantium sicut passer ereptus ad sinum matris
ecclesie conuolauit. dum in labore hominum non est. nec cum hominibus flagellatus ad
angariam trahitur. ubi panem suum non sicut ceteri hominum comedit

in sudore. nec uinum letificans in amaritudine bibit. laudat propositum.
beatos dicit ministros dei. et exultans pre gaudio psallit. ecce quam bonum
et quam iocundum. Sed rursus ubi precipitur humilitatem sectari. superbiam fugere.
maioribus obedire. patientiam in omnibus. et cum omnibus pacem habere. fornica
tionem et luxuriam abdicare. modestiam in cunctis et honestatem seruare.
declinare consortia mulierum. et ecclesiam quod sui est ordinis et officii frequen
tare. ab aliis discere alios edocere. amare ieiunia et a uino in quo est luxu
ria potissimum abstinere. uelut oculus subito solis radio percussus offenditur.
et quod est audire miseria. a lumine amplius excecatur. recalcitrat ilico stimu
lus contra pastorem suum. epos omnes ypocritas. hiis et illis arguit uiciis irreti 63
tos. se prius corrigere non alios castigare debere. lupos asserere non pasto
res. qui cum pessime sint conuersationis et uite. sanctitatem ceteris simulant ut
ab hominibus honorentur. Hec et alia cum fuerit in epm comentatus. mi
seros asserit clericos. qui cum sint homines. angeli contra naturam esse iubentur.
et in mundo miraculum uiuere sine mundo. beatificat laicos. cum uxoribus
et filiis conuiuunt et colletantur in mundo. ac deinde cum multo uentris
et uteri comitatu. ad regnum dei sine contradictione perueniunt. Grecos etiam
sacerdotes. iudicat sanctiores latinis. qui cum habeant unusquisque legitimam
suam. a sacris ob hoc altaribus non arcentur. sed turba filiorum parentum et nepotum.
modo sanctam replent ecclesiam. ac postea paradisum. asserens non esse legis
preceptum. non euangelii non edictum cuiuslibet aplorum. sed uiri et illius epi. qui
legem dni preterentes et suam uolentes statuere. graue in ecclesia dei scandalum
posuerunt. dum et fidelibus materiam preuaricationis. et incredulis fidem xpi
ridiculum posuerunt. Sicque fit ut qui bene cepat clericus. male perseuerando
deterior efficiatur. Ad laicos uenio. qui ad ecclesiam aliquando conuenien
tes. sicut tellus arida cum gaudio suscipiunt uerbum uite. in tantum ut
alii pre timore. alii pre gaudio lacrimas fundant. penitentiam laudent.
manus a rapina. linguam a stultiloquio. mentem a cogitatu. carnem ab

illicito contactu frenare proponant. Sed postquam ad propria redeunt, ubi lasciuus uideat oculus quod mens impudica desideret: obliuiscuntur statim quod promiserunt. et ita granum quod in eis natum uidebatur arescens: fructum iusticie non apportat. quia radicem perseuerantie non habebat. Cum ergo ille talis uxore clamante ab ecclesia conuenitur. et christiana censura correptus. pelicem abiurare. uxorem honorare precipitur: statim insurgit. comminatur. inclamat. maledicit episcopo. sacerdotes infamat. clericos omnes adulteros et omnium reos criminum attestatur. et miseros iudicat omnes christi cultores. qui certa pro dubiis relinquentes: libertatem nature legis seruitute commutant. solos dicit paganos esse beatos quibus omnibus omnia liceant. comedere passim et conuiuari. uxores habere quamplures. et easdem quandocumque libuerit. licite pro aliis commutare. ancillas et scorta uulgatum admittere. denique sine lege uiuere. nec deum in talibus nec hominem uereri. His et similibus agitur: quisquis ad dei seruitutem accedit. has in deserto solitudinis huius molestias patitur populus dei. qui per agni sanguinem liberatus: iugum nuper egyptie seruitutis abiecit. his serpentibus morsi et patres in heremo perierunt. nondum terra promissionis adepta: et filii patrum imitatores pereunt in deserto nondum consummata peregrinationis uia. Ad hec ergo cum multa sint accessoria: tria potissimum operantur. delectatio preteritorum. murmuratio presentium. desperatio futurorum. Delectationem facit: memoria uoluptatum. murmurationem: impatientia temptationum. desperationem: dilatio promissorum. Ex his autem tribus: media noscitur ceteris preualere. quia et principium uirtutum facit. dum in medio confracta resedit: et finem perdit dum ulterius non procesit. Uidemus enim populum israel: bono cepisse principio currere post ducem suum. sed quia murmurantes claudicauerunt in uia: nichil profuit illuc usque secutis. cum nichil ulterius proinde sint assecuti. Sola est ergo media: que principium tollit et finem. sola est impatientia: que secum misera deperdit utrumque. Aduersus hanc ergo bellicosus

Die aūt tcio leuauit oclos abraham: 7 uidit locum pcul. dixitq;
pueris ſuis. Expectate hic cum aſino. 7 ego 7 puer: aſcendemus
in montem. Ite fr̄s mei poſt abraham p loca ſingula uolebamus. 7
expectationi ur̄e: hui' pulc̄tudinem agri diligenti narratione deſc-
bere. ſ; loco ſicut cernitis 7 tempore cohartati: nō poſſum' ſinguli
īmorari. Uxem' a principio ſi meminiſtis: quia pulcre ſit gene
ſponſe que ſtetit a dextris regis eterni in ueſtitu deaurato circūdata
uarietate. 7 compoſitionē uult' ipi' 7 ueſtimentorū uarietatē. 7 ſi non
ut decuit: tamen quantū licuit breui pictura monſtrauim'. S; qa
omis glā filie regis ab int'. 7 theſaurus p̄cioſior in agro ſcripture la-
tet abſcondit'. 7 patr̄ abraham cum filio iā iam ad alta feſtinat: nō
eſt nob tantū reſtare deorſum. nec utile: cum expectantib; expectare.

ne forte quod absit: sine nobis sacrificium consummetur. Ergo si placet
fratres karissimi: huius agri pleni cui benedixit dominus interiora scrutantes:
de imo uallium ad alta montium oculos subleuemus. et cum abraham
et ysaac montem altioris intelligentie conscendamus. Vbi magna
quidem et mirabili uisione: rubus ardere uidetur et non comburitur.
filius immolatur: et uiuus remittitur. christus occiditur: et mortis legibus
non tenetur. Abraham igitur iste qui dilectum sibi filium tam pie tam
deuote ducit ad immolandum: deum patrem omnipotentem figurat in
celis. qui proprio filio non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illum.
cum quo nec dubium et omnia nobis donauit. quia coheredes christi et con
sortes regni celestis effecit. Qui bene filium immolare disponens:
de nocte surrexit. et in die sacrificium consummauit. quia misterium
salutis humane suo tempore perueniturum: multis ante temporibus oc
cultauit. et quod ante promiserat in scripturis sanctis de filio suo: diuinarum
figuratiuum figurarum celauit in nubilo. nondum prolata scripturarum uia. Sed
postquam plenitudo temporis uenit. et ortum est in tenebris iustitie lumen:
patenter salutare suum in conspectu gentium reuelauit. Quando ui
delicet uelo [illegible] templi rescisso: patuerunt omnibus sancta sanctorum. et mo
numentis sepulcrorum apertis: sanctorum multa qui latebant de terra prodire
ceperunt. Animal constitutum super quod abraham filium oblaturus sede
bat: lex est ueteris testamenti. que digito dei conscripta et complanata
usque ad radicem montis ubi dominus uidet hoc est usque ad christum qui est
mons in quo placuit deo corporaliter inhabitare: dominum deum tamquam
graue onus non filiali caritate dilexit. sed seruili timore coacta por
tauit. Duo iuuenes qui dominum comitantur et cum asino stare ac re
ditum abrahe prestolari iubentur: populus est iudeorum in duos ordines
bipertitus. scilicet in sacerdotes et plebem. Isti quidem ad locum sacrificii
non accedunt. quia propter cordis sui duriciam: sacramenta que non

intelligunt nequaquam credunt. Ab ipsis rerum principiis: apparet
reprobatio populi iudeorum. non solum in esau quem ob id habitum paterna
benedictione priuauit: sed etiam in ysaac quem a domesticis absenta
tum: longe aliis immolauit. Frustra ergo iudeus ut totum sibi uel partem
promittit hereditarie benedictionis in abraham. frustra de filii sacrificio
gloriatur. quando nec cum abraham sacramentorum sublimia uidere car
naliter meruit: nec nobiscum mysteria passionis spiritualiter credit. Qui bene
iuuenes fuisse dicuntur. quia dum in sua carnalitate confidunt: erro
res suos quasi fortes tuentur. et sapientie que precipue floret in senibus:
non assentiunt. Tres autem dies quibus ante sacrificium curritur et laboratur:
tria michi tempora designare uidentur. que diem nostre redemptionis et tempus
acceptabile precesserunt. Primum scilicet ante legem. quando promissio
nis initia faciens: multifarie patribus loquebatur. Secundum sub lege. quando
per scripturarum eruditionem aspera morum plana commutans: uiam ante faci
em uenientis gratie preparabat. Tertium uero sub gratia. quando locutus est
nobis in filio. quem et immolari pro uniuersitate mandauit: et heredem subinde
constituit uniuersorum. Nempe dies tertia est quando redemptor noster ierroso
limam pro salute mundi passurus aduenit. Vbi gente iudeorum cum ueteri
testamento inferius derelicta: montem caluarie crucifigendus ascendit.
et uniuersale piaculum quod de saluatoris cruce pendebat: a iudeis quidem
ablatum. gentibus autem expositum: ipsa loci digressione et corporis ostensi
one monstrauit. Licet enim dies preteriti multum cucurrerint. licet
prophete cum patriarchis ad uidendum salutare dei multo labore suda
uerint: tamen ad locum sacrificii non peruenerunt. et quamquam aliis
a longe uidenda monstrassent: uidere tamen illi que uos uidetis
non meruerunt. Bene autem ysaac qui erat forma futuri. patris sub
iectus imperio ligna concisa in olocaustum humeris suis gestabat. et
locum sacrificii non inuitus non tractus sed humilis et quietus adibat. quoniam et

redemptor noster obediens patri uſque ad mortem. tante humilitatis et
patientie nobis hominibus extitit: ut crucem ſibi patientiſſime baiularet.
et in nullo cunctatus: deſtinatum perportaret in locum. Et cum utique po
teſtatem haberet omnium que in celo ſurſum et que in terra deorſum:
crucis improperium voluntarie pertulit. et contra tantas et tam atroces
iniurias non murmuravit. Qui etiam quemadmodum yſaac ſuper
ipſa que portaverat ligna compoſitus immo confixus: veteris figure
velamenta dimovit. et veritatem eorum que figurate gerebantur expreſſit.
Sed notandum quod yſaac: ductus quidem ad victimam ſed victimatus non eſt.
quia non erat ipſe agnus qui peccata poſſet tollere mundi. ſed quantum
valebat figura veritati deſerviebat. dum et in olocauſtum ponitur im
molandus: et preter ſpem incolumis patri redditur immolatus. Precur
rebat interim herba quedam divine promiſſionis. donec veniret ſemen
cui repoſitum erat. et umbra legalium ſacrificiorum: per homines miniſtra
ta preibat. quoadusque veritas pateret ſalutis. ordinata per angelos in
manu mediatoris. Non ergo debuit ſanguis yſaac licet innocentiſſimi
in ſacrificium fundi. quia polluto carnis ſemine propagatus. ſicut ſervitutis
macula non carebat: ita nec alios a ſervitute poſſet abſolvere. nec ipſe
merebatur abſolvi. Chriſtus autem dei filius agnus ſine macula de toto mun
di grege electus: in ara crucis et poſitus eſt veraciter et occiſus. quia non ex
ſanguinibus eſt nec carnis voluptate progenitus: ſed ex deo natus et virginea
carne veſtitus. ſicut nullius culpe vinculo tenebatur aſtrictus: ſic pro
noſtra redemptione pretium ineſtimabile fundens. et mundare poterat
inquinatos: et deo patri cunctorum. univerſe carnis ſatiſfacere pro peccato.
Cuius ſalutifera ſanguinis effuſione. nimirum et mortalibus eſt placa
ta divinitas: et generalis facta redemptio peccatorum. Qui etiam poſt
mortem et ſepulturam ſuam: preter opinionem iudaice perfidie tertia die
a mortuis reſurrexit. et in ſimilitudinem yſaac qui futurorum ignarus

tantis

tantis myſteriis alludebat: patri omnipotenti vivus et incolumis
aſſignatur. tanto melior angelis effectus: quanto et abiectior inter
homines habebatur. Nec iſtud utique pretereundum. quod in illo ſacrifi
cio ſingulari. ubi pater immolat. filius immolatur. ignis immolata
conſumit: tres in deitate perſonas diſtinguit. et individua totius opera
trinitatis oſtendit. Licet enim pater ſolus filium miſerit immolandum.
licet ſolus filius immoletur. licet ſolus ſpiritus ignis conſumens ſit. idem
eſt tamen opus et unum. ad quod peragendum tres pariter perſone conveni
unt. ut quod tunc fiebat in umbra. et nunc apparet in luce: non opus ſe 90
dulitatis humane. ſed factum ſine fine conſtet eſſe divinum. per quod etiam
plane datur intelligi. quia ſicut ad reconciliandum ſibi genus humanum
tota cooperata eſt trinitas huic hoſtie ſalutari. ubi paſca noſtrum immolatus
eſt chriſtus: ſic eidem hoſtie ad placandam humano generi divinitatem toti facta eſt
oblatio trinitati. et quod noſtra veteribus per ſingula queque ſacramenta reſpondent.
dubium fidelibus eſſe non poſſit. eundem eſſe deum et dominum qui et legem antiquitus
dedit. et nuper evangelium edidit. Idem eſt enim omnium deus. qui et du
dum ſub caliginis umbra patribus loquebatur. et modo repulſis illius nebule
tenebris deus noſter manifeſte veniens palam de patre apoſtolis nuntiavit.
Sed expectant adhuc infelices iudei cum aſino. quia peccatorum ſuorum ſar
cinis onerati: montem fidei chriſtiane penetrare non poſſunt. et quia nec im
molantem nec immolatum carnalibus oculis prevalent intueri: reſtat ut
poſt immolationem hoſtie ſalutaris. que conſtat certiſſime noviſſimis
temporibus conſummata: redeunti abrahe de monte cum filio hoc eſt chriſto
domino de celo rurſus in mundo ad iudicium venienti: occurrant. tanto
iam celeſtium bonorum expertes: quanto et immunes ſacrificii non guſtati.
Conſtratum tenent animal cui dudum inſederat abraham. quia litteram
legis animaliter obſervantes: non conſiderant miſeri: quam procul ab illis
receſſerit abraham. quam longe filium immolaverit. quantum etiam deum

ſuperbe ſapiunt. dum foris cum ſeniore filio demorantur: a conuiuio pa-
tris et filii alienati ſunt. et ieiuni remanſerunt a carne et ſanguine uituli
ſaginati. Sed illi errauerunt ab utero. et locuti ſunt falſa. nos autem qui
per dei miſericordiam guſtauimus iam et ſenſimus quoniam ſuauis eſt dominus qui iam cum
abraham et filio fidei montana conſcendimus. ubi ſacrificium mediatoris
offertur. qui christum hodie uenientem et myſteria ſue paſſionis ineuntem
uidere meruimus: procedamus obuiam ſaluatori noſtro. cum angelis accla-
mantes et pueris. oſanna benedictus qui uenit in nomine domini rex iſrael.

.XXV. Item in ramis palmarum.

Quis eſt iſte qui uenit de edom tinctis ueſtibus de boſra iſte for-
moſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſue.
Ego qui loquor iuſticiam et propugnator ſum ad ſaluandum. Mul-
ta poſtulat ad refectionem turba multa que conuenit ad diem feſtum.
et ego pauper et inops: non habeo quod ponam ante illos. quia puer meus
qui ferre debuit qualeſcumque panes: iacet paraliticus in domo. et niſi fides
ueſtra ſubueniat: non poteſt tollere grabatum et ambulare. Veruntamen
ſi fidem habueritis ſicut granum ſinapis: dicetis infirmitati carnis
uade et uadet. et ſpiritui qui uiuificat: ueni et ueniet. Cum autem ue-
nerit ille: docebit nos quis ſit iſte qui uenit de edom. et cetera que ſe-
quuntur. Omnis gratia dei et omnis ſalus hominum. ſicut ait quidam catho-
licus: in christi morte poſita eſt. quia per mortem christi et homo ſanus factus
eſt totus: et magnus dominus laudabilis factus eſt nimis. Qui enim
in creatura celi et terre de nichilo dei potentiam admiramur. qui in ceteris
mundi opibus deum mirabilem predicamus: in ſola christi paſſione magnam
dei miſericordiam magnam dei caritatem agnoſcimus et glorificamus. Miſericordiam: quia
pro meritis condempnatos abſoluit. et decem milia talentorum: debitoribus
ſuis gratuito remiſit. Caritatem: qua nos in tantum dilexit. ut filium
pro ſeruis unigenitum daret. et morti traderet pro peccato: ubi quod peccatum

non fecit. Cum enim dei filius diuine pariter et humane ſubſtantie
gigas. campum noſtre mortalitatis pro ſalute mundi paſſurus. et eum
qui mortis habebat imperium debellaturus intraſſet: ſciens quia
omnia dedit ei pater in manus: hodierna die locum ſue paſſionis
adiuit. non quaſi futurorum ignarus. cum ante duodecim denunciaſſet
apoſtolis. quod filius hominis traderetur iheroſolimis et crucifigeretur. ſed ut
cunctis aperte monſtraret: quia crucis patibulum non inuitus ſed ſponte
ſubiret. Non enim ignorabat omnia que uentura erant in eum. ubi
futura quaſi preterita meditans: alta uoce clamabat. pater ſaluum me
fac ex hac hora. ſed propterea ueni in horam hanc. Pater uenit hora. clarifi-
ca filium tuum. ut et filius tuus: clarificet te patrem ſuum. Exauditus eſt igitur pro
ſua reuerentia. uoce patris ad illum deſuper intonante. et clarificaui: et iterum
clarificabo. Clarificauit enim deus pater filium ſuum prius: clarificauit et poſtea
Clarificauit prius in cunctis uirtutibus et ſignis. que cepit ihesus facere:
ſuper his qui infirmabantur. cum operaretur ſalutem eorum in medio terre.
Clarificauit et poſtea: quando ſcilicet hominem christum percuſſum et humi-
liatum mori conſtituit. et deinde ſtatim a mortuis reſurgentem: palam
cunctis fidelibus uictoriam mortis oſtendit. iuxta quod impoſſibile erat: illum
teneri ab ea. Vnde non fruſtra ſicut impii ſuſurrant. filium dei ſe nominat.
nec rapina gloriatur patrem ſe habere deum. ſed uere deus et homo. uere dei et hominis
filius comprobatur. Vere homo et filius hominis: qui ſic clamans in
cruce humanitus expiraſſet. Vere deus et filius dei: qui ſic ab inferis rediens.
diuinitus de mundi principe triumphaſſet. Mori: certiſſime humanum
fuit. ſed de morte reſurgere: ſine fine conſtat eſſe diuinum. Clarifica-
uit autem nichilominus et patrem deum filius deus: dum illum qui in iudea
tantummodo notus fuiſſet antea deus: oculis reuelaret omnium nationum.
et per filii claritatem efficeretur in terris: ut patrem in ſpiritu et ueritate
multitudo gentium adoraret in celis. Manifeſtauit enim filius in

mundo: quam bonus exſtitit deus pater. quam ſit benignus ſpiritus ſapientie.
quam pius et miſericors ipſe. quam bonus deus pater nobis: qui filio ſuo non
pepercit pro nobis. quam benignus ſpiritus ſanctus nobis: ad ſemper interpellan-
dum pro nobis. quam pius et miſericors ipſe filius nobis: qui cum ſit ſplen-
dor glorie et figura ſubſtantie dei patris. tanta ſemper nobis humilitate deie-
cit: ut per ſeruiſ figuram ſuſciperet ſerui. et propter homines: fieret obprobrium
hominum et abiectio plebis. Quare hoc? ut homo uidelicet qui per
inicium elationis laqueos inciderat mortis: per humilitatis antido-
tum reuocaretur ad uitam. et hoſtis humane propaginis: manife-
ſte conuinceretur humanum genus iniuſto titulo poſſediſſe. quod
iuſte aliquando perdidiſſet. Ergo dum fortis armatus cuſtodit
atrium ſuum. et uaſa captiuitatis humane legibus ſuis truculentus
predo componit: dum prouidet in die ſua que ad pacem ſibi et medi-
um tenent uniuerſa ſilentium: dum preſidet in cathedra peſtilentie
ſue. et gloriatur quaſi potens in potentia ſua: de improuiſo repente
uox clamantis inſonuit. que et hoſti profano terrorem incuteret: et
optatam captiuiſ promitteret libertatem. Sonus autem clamantiſ hic erat.
Nunc iudicium eſt mundi. nunc princeps mundi eicietur foras. Quid
ergo ſtulte gloriaris in malicia tua. qui potens es in iniquitate? Ecce
leo de tribu iuda fortior te ſuperuenit. qui fortem armatum conterat.
arma confringat. ſpolia diuidat. et ſedentem in tenebris hominem:
tam mirabiliter quam potenter educat. Tenebit utique predam tuam.
et amplexabitur. et non erit qui eripiat. Ad nullius enim patebit oc-
curſum. nec eſt qui de manu ſua poſſit eruere. Quid ergo facies mi-
ſer? Non poteris ulterius uillicare. Ecce qui dudum oriebariſ ut
lucifer: propter ſuperbiam tuam cecidiſti de celo in terram. qui autem in terra
rugiebas ut leo paratus ſemper ad predam: de terra etiam eradicaberis. ad
inferos detraheris. ubi uermis tuus: non morietur. et ignis tuus:

ardebit in eternum et ultra. Queriſ quare? Quia dilexiſti malici-
am ſuper benignitatem. iniquitatem magis quam ueritatem. Propterea
deſtruet te deus in finem. euellet et cetera. Quid fremis? quid trepidas? quid
ſtrides dentibus et areſcis? Queris forſitan unde hoc ſciam? Audiui
uocem dicentem. Nunc iudicium eſt mundi. Audi et tu maledicte dia-
bole. et ſi quid potes aduuia teneat ipſum et tuos. noli obturare aurem tuam
ſicut aſpis ſurda. ſed audi uocem incantantis ſapienter et dicentiſ. nunc
iudicium eſt mundi. nunc princeps mundi huiuſ eicietur foras. Eia colu-
ber tortuoſe. eia uenenate ſerpenſ. inſurge. et quicquid poteſ maligni-
tatis: excogita. Suggere phariſeis et dic: non eſt hic homo a deo; qui ſab- 92
batum non cuſtodit. Concita ſacerdotes inire conſilium. ut uniuſ mo-
riatur homo pro populo. ne forte locum perdant et gentem. Excita fratrum
inuidiam: ut uendant ioſeph yſmahelitis et christum romanis. Tingant
agni ſanguine tunicam. que melius cruentata referatur ad patrem.
Inſtiga ſtimulis auaricie iudam. et mitte in cor: ut qui manducat
panem ſuum. tradat dominum et magiſtrum ſuum. Inſpira pylato et dic.
ſi hunc dimittis: non es amicus ceſaris. Fac tumultum in populo. non
habemus regem: niſi ceſarem. Excuſa pylatum a crimine. ſanguiſ eius
ſuper nos: et ſuper filios noſtros. Clama ne ceſſes. crucifige crucifige. ut exaltatus
a terra: ad ſeipſum omnia trahat. Mitte manum tuam: et confige manus
domini tui. quia hec eſt hora ueſtra: et poteſtas tenebrarum. Occide christum: et
ſepeli. quia niſi granum frumenti cadenſ in terra mortuum fuerit: ipſum ſolum
manet. Sed quid iuuat? nichil enim proficis. quia non eſt prudentia.
non eſt fortitudo. non eſt conſilium contra dominum. Ipſum formidabunt aduer-
ſarii eius. et impii in tenebris conticeſcent. ipſe autem: deſuper in celis
tonabit. Audi uocem domini poſt in terra poſt meridiem ambulantis.
non ut iterum condempnet adam: ſed abſoluat. non ut expellat ho-
mines de paradiſo: ſed malos angelos male perdat. Non ut inducat

in temptationem. sed educat hominem de isto carcere. qui furtum sub
latus est ei. et in lacum inferiorem demissus. Audi ergo quid dicit. Nunc
iudicium est mundi. O mira uirtus et sapientia xpi. et o ceca tandem
et surda serpentis astutia. Ecce palam loquitur xps. et proverbium nullum
dicit. et tamen uidentes non uident. et audientes non intelligunt.
Audito a xpo diabolus futurum incontinenti iudicium. et metuens
ex conscientia iudicem. laborat ante iudicium. sine iudicio xpm
extinguere. ut sic et manus iudicis. et iudicium possit effugere
iudicantis. Non considerans stultus. quoniam hoc erat ei iudicium.
quod xpm sine iudicio condempnaret. Verebatur enim ne qui totiens
ad eius imperium de obsessis corporibus fuerat exire compulsus. nunc
etiam toto compellatur exire de mundo. Quare. sicut serpens
in girum uoluitur et uenena diffundit. in semet ipsum irascitur. et ta
bescit. querit ubique requiem. et nusquam inuenit. et in angustia con
stitutus. unum excogitauit contra sua mala remedium. si quo ui
delicet modo posset efficere. ut xps statim occideretur. ne si uiuens
dimitteretur. a uiuente iudicaretur. sed si primus moreretur. mortu
us non timeretur. Quantum libet enim iustus esset et sanctus. non putabat
timendum post mortem. sicut nec ceteros ante defunctos prophetas et pa
triarchas. quorum nullam expertus potentiam formidabat. Non recorda
batur infelix. quod typicus ille sanson nazareus moriens suos prostraue
rit hostes. et illatas uiuenti iniurias. mortuus iudicasset. Accurrit
ergo. festinat. machinatur. excogitat. ut xps interim occidatur. ne
diabolus expellatur. Et sic dum currit. incurrit. dum tendit. of
fendit. dum capit. capitur. dum occidit. moritur. obsequitur. dum
plus persequitur. Agit totis uiribus in semet ipsum. et dum xpm querit
occidere. semetipsum laborat expoliare. Qui de mundo numquam
eiceretur. nisi xps antea moreretur. Quid est ergo nunc iudicium

est mundi. cum non uenerit filius hominis ut iudicet mundum.
sed ut saluetur mundus per ipsum? Sed uere iudicium mundi est. non
quo iudicetur mundus. sed liberetur. non quo mundus aliquid
patiatur. sed ut diabolus eiciatur. Quid est ergo iudicium mundi?
Dixi superius si meministis. quia cum audisset diabolus nunc
iudicium est mundi. et princeps mundi eicietur foras. metu
simul accensus et ira misit manus in xpm dominum. qui licet in simi
litudine hominum factus uenisset in mundum. tamen sicut ceteri
hominum non erat de mundo. In quo sicut nullum repperit culpe 93·
uestigium. sic nullum habebat iuris arbitrium. Ubi ergo sine
causa manum posuit in aliena. iure perdidit sua. et dum xpm occi
dit qui non est de mundo. iusto iudicio principatum perdidit mundi.
In quo enim alterum iudicat. se ipsum condempnat. In quo iudicat.
iudicatur. in quo dampnat. et ipse dampnatur. Quia cum a prin
cipio genus humanum non nisi per peccati consensum possideret in
mundo. palam est nichil in illum posse iuris exigere. qui peccatum
non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Uenit enim sicut audistis
princeps mundi huius. et in me non habebat quicquam. Quid ergo conue
nit hosti nequissimo iustum et sanctum occidere. nisi ut iniquitas sua
uerteretur in caput suum. et impietas impii super eum. nisi ut suis
ipse tendiculis inuolueretur. et eius malicia probaretur. nisi ut in foueam
quam fecerat mergeretur et proprio gladio sicut golias superbissimus
truncaretur. Factum est ergo iudicium mundi. et liberatus est mundus.
quia proiectus est spiritus inmundus de mundo. ut regnaret super nos sal
uator mundi. Eiectus est lupus rapax de mundo. ut regnaret agnus
qui tollit peccata mundi. Hic est filius unigenitus quem pater ille
patriarcharum diligit ysaac. qui uoluntati patris obediens usque ad
mortem. et ligna sibi ferens in olocaustum. ductus est pro salute

mundi uictimam. ſup unum montium qui uocatur caluarie
locus. Quem cum pat̄ colligaſſet iam adultum etate ⁊ poſu
iſſet ſup lignum crucis ad immolandum: tamquā agnus
manſuetus non aperuit os ſuum. id eſt non contradixit. ſ; cū
om̄i reuerentia ⁊ humilitate ſuggeſſit. pat̄ ſc̄e ſi non poteſt
tranſire calix iſte niſi bibam illum: fiat uoluntas tua. Et
hec dicens oblatus eſt qm̄ ip̄e uoluit. ⁊ in ara crucis extenſus:
p inimicis orauit. p amicis animam poſuit. Cuius pfecte caritatis
affectus. ⁊ gratiſſime uoluntatis oblatio. in tantum altiſſimo pla
cuit ⁊ acceptabilis fuit: ut poſt immolationem illa ſalutaris ac
ſingularis hoſtia mereretur ⁊ moriendo patri ſatiſfeciſſe libenti:
⁊ obediendo. qđ eſt mirabile dictu. uitam ſibi ſeruaſſe poſt mortē.
Quia ſicut olim yſaac filius abrahe qui erat forma futuri. poſt olo
cauſtum redditur patri uiuus. ⁊ multiplicatum eſt ſemen eius ſic
ſtelle celi: ⁊ quēadmodū granum frum̄ti cadens in t̄ram. poſt q̄
mortuum fuerit fructum plurimum reuiuiſcens apportat: ſic ⁊ xp̄s
dn̄s nr̄ qui uere filius eſt abrahe. quē nob̄ p repromiſſionē dona
uit dēs. cum quo nec dubium ⁊ omnia nob̄ donauit. uere gra
num frum̄ti unde conficitur ille panis qui de celo deſcendit.
uere agnus factus hoſtia p peccatis. cuius cruore mundati cuius
liuore ſanati ſumus. poſt immolationem ſuam ſc̄am ⁊ dō pla
centem. poſt paſſionem ⁊ crucem ſuam. poſt mortem ⁊ ſepultu
ram: ipſe idem ⁊ non alius ſanus ⁊ integer uiuus ⁊ uerus ab in
feris rediit. ⁊ poſt temp̄ p̄finitum a patre: inde celum cum patre
perhenniť regnaturus aſcendit. Cuius aduentum intuentes an
geli ⁊ angelice poteſtates: rei nouitate pmoti. ſciſcitantur alteru
trum ⁊ dicunt. Quis eſt iſte qui uenit de edom: Quis ē iſte
formoſus in ſtola ſua gradiens in m. f. ſ. quia licet ordines angelorum

manifeſte uiderent om̄ia que fiebant in xp̄o: ſcire tamen nō poterant
que futura erant in ip̄o. Vnde cum ſubito uidiſſent hominem cruenta
tum diuina uirtute ſup celos celorum efferri: admirantes exclamauer̄.
quis eſt iſte qui uenit de edom. id eſt de t̄ra. tinctis ueſtib; hoc eſt cor
pore uulnerato: Quib; ab aliis diuina iam reuelatione miſterium
cognoſcentib;: reſpondetur. Neſcitis quia dn̄s regnauit a ligno. de
corem indutus eſt. indutus ē fortitudinem ⁊ precinxit ſe uirtute.
Et ido formoſus apparuit in ſtola ſua. ⁊ graditur in multa uirtu 92
te ſua: Dn̄s aūt ac redemptor nr̄ ne illi diutius dubitate nutarent: re
ſpondet eis ⁊ dicit. Ego qui loquor iuſticiam: ⁊ ppugnator ſum ad
ſaluandum. Ac ſi diceret. Nolite putare rapinā: qđ filius hominis aſcen
dit in celum. qui de celo deſcendit. quia ego ſum q̄ loquor iuſticiā.
iuſtum eſt enim qđ facio. qm̄ aſcendo ad patrem meum unde exi
ui. Exiui a patre ⁊ ueni in mundū. ⁊ iterum relinquo mundum:
⁊ uado a patrē. ⁊ nolite mirari cruentum. quia propugnator
ſum ad ſaluandum. id eſt de pugna redeo uulneratus. quam
p ſalute hominum cum antiquo ſerpente confeci. Et illi audien
tes. ⁊ quaſi congratulantes aduenienti: ſeſe mutuo cohortantur.
⁊ uerſum xp̄iane uictorie cantant dicentes. Tollite portas prin
cipes ur̄as: tollite portas ⁊ introibit rex glē. Iudea quoq; miratur
ſimul ⁊ torquetur infelix. ubi uidet hodie puniuerſum mundum
turbam xp̄iani ppl̄i concurrentem. ⁊ xp̄o dn̄o cum ramis palmarum
obuiam pcedentem: ubi uidet filium hominis exaltatū ſup om̄s
dēos. ⁊ quia mundus totus poſt eum uadit: dicit inſipiens in corde
ſuo. Quis eſt iſte qui uenit de edom: Quis eſt iſte filius hominis:
quis eſt iſte cui angeli ſeruiunt: cui regna ⁊ principatus obediunt:
cui ppl̄i ⁊ nationes occurrunt: Nonne iſte eſt ihc filius ioſep fab.
cuius patrem ⁊ matrem cognoſcimus: Nonne iſte quem aliquando

habuimus in derisum. et in similitudinem improperii. quem vidimus despectum et humiliatum. non habentem speciem neque decorem unde nec reputavimus eum? Quomodo ergo factus est formosus in stola sua? Quomodo gloria et honore coronavit eum deus? Quomodo computatus est inter filios dei? Si vere filius dei erat homo ille. Nos autem insensati: vitam eius estimabamus insaniam. et finem illius sine honore. Ergo erravimus a via veritatis. et lumen iusticie non luxit in nobis. et sol intelligentie non ortus est nobis. Sed populus gentium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. et ille qui dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose: manducat vitulum saginatum. Cui e contrario sancta mater respondet ecclesia. Quid invides emula? Quid livore synagoga torqueris? Filius tuus mortuus est. dormiens quippe oppressisti eum. meus autem filius vivit. et ipse dominatur in omni terra egypti. et magnum est nomen eius in gentibus. Scio ubi habitas. ubi sedes est sathane. scio quia dictura es. nec mihi nec tibi sit: sed dividatur. Verum ille neque commixtionem patitur neque divisionem. ergo partiri non potes illum. mecum habere potes. si tamen foris non maneas. sed cum fratre tuo intres in gaudium domini tui. Si dicas vadam et videbo eum antequam moriar. si credas et confitearis: quia filius meus vivit et regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen. **Item in ramis palmarum.**

XXVI. Letabuntur coram te: sicut qui letantur in messe. sicut exultant victores capta preda quando dividunt spolia. Iugum enim oneris eius et virgam humeri eius et sceptrum exactoris eius superasti: sicut in die madian. Quia prestante domino singulis annis ad gaudia nostre redemptionis quasi in genitis recentibus videmur sollempnitatibus innovari. et reduvia cunctorum alacritate fidelium in spem quandam illius beate resurrectionis adduci. ubi regem sanctorum in decore suo visuri sunt oculi mundi visorum. vellem et ipse tamquam viam consecrat clamantibus hodie pueris: Christi magnalia non tacere. vellem si fieret deo dante possibile: renovata leticia cunctis nova semper offerre. ut renatus in Christo credentium populus: novum semper induat hominem. et tanto fiat cantare ferventior: quanto iocundior efficitur novitate. Sed non ego sum ille scriba doctus in regno celorum: qui nova possim et vetera de thesauro divinarum proferre. et quadam panis esuriens: tanta hominum milia panibus saturare. Querentibus itaque nobis ut modicum aliquid de scripturis excerpere. quod in die magno festivitatis huius apponerem: et pararem utcumque mensam populo 95
dei. quia preteritis annis apposita nequaquam iterare decebat: unum quod supra posuimus. currenti per scripturas occurrit. quod et de veteri probatur auctoritate robur assumere: et rebus nec dubium presentibus convenire. Etenim quando melius insignia redemptionis nostre facta recolere. quando celebrius magnificare preconia quam hac scilicet die quando in signum victorie christiane palmas gestamus in manibus. et vexillum victoriose crucis corampositum adoramus et veneramur. Hodie namque triumphum passionis Christi recolimus. per quem de servitute redempti sumus. et ideo crucis imaginem in qua bellator noster fortissime triumphavit. et fecit redemptionem populi sui: palma pariter et oliva non sine mysterio coronamus. in oliva: gratiam redemptoris. in palma: triumphatoris gloriam exprimentes. Convenienter ergo hodie virtutum ipsius gesta referimus. quando iugum oneris et virgam afflictionis nostre sceptrumque nostri exactoris diaboli superavit sicut et olim in die madian. Si quis in libro iudicum veteres revolvat ystorias. et illius famosi facti rememoret gedeonis: quando convenientes adversus israel madianite castrametati sunt transiordanem in valle iezrahel. ac sine armis et armorum congressu sine bello et multitudine bellatorum a solo fugati sunt gedeone. et interfecti sunt reges eorum. et cesa de exercitu

centum uiginti milia pugnatorum: facile comprobabit in illo christi uicto
riam figurari. qui torcular calcauit solus. et tamquam gigas bellicus:
mundi principe triumphato liberauit pauperem a potente. et afflictum
cui non erat adiutor. Multa filii quondam israel aduersus gentes pre
lia commiserunt: que non minus fortia. non minus celesti uirtute patrata.
nec minus certe si pensare uelimus: mirabilia uidebuntur. Quorum primum
est illud de pharaone cum egyptiis suis in mare demerso. multaque
deinde per montana deserta. quousque peruentum est ad muros fortissimos
iericho. qui solo tubarum clangore concussi: omnes in momento funditus
corruerunt. et tanta expugnata est ciuitas sine pugna. Et illud sub
iosue quando imperatum est soli: et stetit ad uesperam spacio unius diei.
donec condigna fieret ultio de inimicis. Sed et de sansone iepte ac
ionatha de regibus et principibus israel quid referam. qui tot et tanta non
minus gloriose quam mirabiliter bella gesserunt. ut si respicias homines
incredibile penitus uideatur. si rerum penses euentum. uirtutem non
dubites affuisse de celis? Quid est ergo quod prophetarum precipuus ysai
as uolens passionis mysterium et crucis christi uictoriam pingere. eamque
prophetis uelut in imagine presentare. omissis aliis unum tantum quasi
ceteris specialius in medio factum protulit gedeonis? An non et cetera
contingebant illis similiter in figuram? Nonne moyses et iosue.
samson et samuel. dauid et salomon. elias et eliseus et aliorum quam plu
res in personis et gestis personam christi et eius opera figurabant. faciebant utique
et tamquam fideles nuncii. dictis et opere uenturum in carne dei filium
testabantur. Sed iste non solum bellum et belli euentum: uerum etiam mo
dum et ordinem conflictus expressit. ut eum putes in bello non que
belli sunt agere: sed dum alia gerit alia designare. Quid enim ad
belli causas aquam fontis palmis haurire ut lambere lingua. in
curuari ad fontem. ut erecto corpore bibere? Quid deinde uasa

testea circumferre. et somnia hostium aucupari. multaque preterea
que non solum inutile facere sed et dicere ridiculum uideatur? Hec
itaque si ad litteram attendantur: nichil ad rem pertinere. cum utique
sine his posset dominus que facturus erat efficere. sicut in exercitu senna
cherib et alibi frequenter dinoscitur effecisse. Si autem littere diligentius
interiora scruteris: magna fidei rudimenta sunt nostre. magna
spei solatia christiane. ut ab his que sacrosancta mater ecclesia predicat: nullo
ualeat scrupulo tenera credulitas amoueri dum ea et moderna rerum
experientia cernit exhibita: et tantis ueterum testimoniis roborata. Illa 96
namque super lapidem angularem tenacius structura consurgit: ad
quam utriusque parietes testamenti pari ligatura concurrunt. Accedamus
ergo attente si placet. et quia longum esset quo gesta sunt ordine cuncta
narrare ac numeratim singula gestorum exponere: que sit tantum
similitudo quam propheta proposuit. et in quo nobiscum faciat: quam breuius
possumus explicemus. Non enim patitur tanti presentia regis tan
ta frequentia populi tanteque gloria maiestatis: latius ista differere. di
utius immorari. maxime cum et simplices suam de sermone seorsum
portionem expectent. Iugum inquit oneris eius et uirgam humeri
eius et sceptrum exactoris eius superasti: sicut in die madian. Primo dicen
dum puto. quod dum filii quondam israel post tempora barac et debo
re adiecissent iterum peccare in domino patrum suorum. eumque suis prouocas
sent abhominationibus ad uindictam: traditi sunt in manu ma
dian. et oppresserunt eos madianite annis. septemque annis grauiter
afflixerunt. humiliantes eos iugo captiuitatis et uirga flagelli.
sceptroque durissime seruitutis: morte crudelius aggrauantes.
Clamauerunt ergo ad dominum et misit eis gedeonem. qui ab euentu
dictus est ierobaal. eo quod euertisset funditus aram baal. lucumque
succidisset demonibus consecratum. Qui ueniens sicut missus

erat a dn̄o cum paucis in caſtra hoſtium nocte. congirauit exerci-
tum undiq; precipiens ſuis ferre tubas in dextra. ⁊ in ſiniſtra lucer-
nas accenſas. uaſis teſteis occultatas. ſignoq; dato repente. clangen-
tes tubis ⁊ uaſa lutea cōfringentes. lampadib; ⁊ clamore tantum
t̄roris hoſtib; incuſſerunt. ut armis ſpoliiſq; relictis. omnes fuge-
rent ante faciem gedeonis. mutuaq; ſe cede perimerent metu ſimul
ac ſtupore turbati. ⁊ inſecutus eſt eos gedeon. ⁊ ꝑcuſſit principes ⁊
reges eoꝝ ⁊ reliquum uulgus uſq; ad internitionem. Et hec quidem
gedeon. Videns aut̄ ꝓpheta ꝑ ſp̄m ſc̄m dn̄m ac dī filium huma-
na carne contectum. quaſi lampadem ignis in ydria occultatam.
ſimulq; conſiderans. quod in paſſione corporis quaſi fracto uaſculo
declaraturus ēēt potentiam dītatis. ⁊ ſic debellaturus ēēt infer-
num hoſtemq; generis humani captiuaturus: uictorie gedeonis
quantum ſimilitudo patitur xp̄i uictoriam comparauit. non hōi
dn̄m equiparans: ſet ꝑ hominis ſpēm hominib; exprimens dn̄m. Sicut
enim ibi non homo ſet dſ in homine cuncta ꝑfecit. ⁊ poplō de manu
fortium liberato. bellum ſine bello cōfecit. ſic dſ erat in homine xp̄o
mundum reconcilians ſibi. Qui diabolum humani generis ini-
micum. ſola ſine armis humilitate deiecit. ⁊ pplm ſuū. tam duriſ-
ſima ſeruitute quam ⁊ turpiſſima liberauit. Hinc eſt ergo qd̄ dicit. Le-
tabuntur coram te. ſicut exultant uictores capta preda ⁊ cetera.
Simile ꝑ contrarium poſuit quia ſicut diabolus ⁊ ſatellites eius
exultauerunt tamquā uictores ſumpta preda captiuitatis huma-
ne. ſic letabuntur coram te qui redempti fuerunt per te. quaſi ex-
cuſſa de manu hoſtium preda. ⁊ ſub iuga redacto: uniuſe mortali-
tatis predone. Solent ēnī in cauſa diſſimili hoſtes ſimiliter exulta-
re. alteri quando predas rapiunt ⁊ diuidunt ſpolia. alteri dum bar-
bara tyrānide cohartati. ſubito quod ſperare non poterant diris

carcerib; eruuntur. Sicut ergo letati ſunt angli ſathane in conſortio
ꝑditionis humane. ſic e regione letati ſunt ſc̄i. quib; ꝑ mortem
xp̄i iugum diaboli datum ē excuſſiſſe. Iugum ergo oneris ſuperauit.
quando gr̄a ſuperhabundans delicto. debitum pro nob eterne mor-
tis exſoluit. Computruit enim iugum a facie olei. quia relaxa-
tum eſt culpe uinculum originalis. unguento mīe redemptoris.
Et uirgam dorſi nr̄i comminuit. quando pro nob qd̄ non meruit
flagellatꝰ. nr̄as carnis ⁊ aīe paſſiones quas diabolus inferebat.
ſua paſſione xp̄s a nob ⁊ ſua morte fugauit. Sceptrum exactoris
hoc eſt dn̄atum diaboli tunc a nob longe remouit. quando nich
uicina morte turbatus. ⁊ de reſurrectionis uirtute ſecurus. dicebat.
nūc iudicium eſt mundi. nūc princeps mundi huiꝰ. eiciet̄ foras.
Princeps enim mundi ſiue rex. dictus ante diabolus eſt. quia
ꝑ hoc qd̄ ſibi genus humanum in primo parente ſubdiderat. q̄ſi
iure ſucceſſionis ſuꝑ om̄es filios hominum. tyrānus in aula mundi
regnabat. Cui etiam tamquā dō: mortales miſeri diuinos exhibe-
bant honores. ⁊ tamquam regi ac dn̄o. uelut aſcripticii tributa
ſoluebant. dum ſua prius: ac deinde ſe ipſos hoſtias demonib; immo-
larent. Superbiam ⁊ enim qua dudum contra conditorē erectꝰ ſimil
fieri queſiuit altiſſimo: nec depoſitus celo malignus ille depoſuit.
ſ; iniquam dominandi ſemper retinens ambitionem. cultum ſibi
deitatis exhiberi gaudebat. ⁊ quia re uera non poterat. falſo
dīu uocabulo letabatur. Hoc ergo ſuperbie ſceptrum. hoc iniqui-
tatis dn̄ium. ueniens in carne dī filiꝰ. arte mirabili ſuperauit.
ſicut in die hoc eſt in tempore madian. Sicut enim in tempore
madian uenit dn̄s in caſtra noctu. ⁊ cunctis ſilentib; repentino tu-
baꝝ clangore turbauit. ⁊ ꝑcuſſit uſq; in interitum madianitas.
ita ⁊ hic dum medium ſilentium uniuerſa tenerent. ⁊ nox mediū

in curſu iter haberet: dum uidelicet ſaluatoris aduentum nec iudicia proderent· nec prophete clamarent. ⁊ ille fortis armatus atriū ſuum media uideretur pace tueri: a regalis ſedib; ſermo dī miſſus aduenit. Qui demones humani generis hoſtes. claritate miraculoꝝ attonitos: euangelica tuba concuſſit. ut merito ſtupefacti clamarent. uenisti ante tempus torquere nos. hoc eſt ex improuiſo quando non putabamus. Sicut autē gerobaal hoc eſt gedeon euerſo funditus altare baal liberauit filios iſrl̄ in die illa liberumq; deinceps ſue gentis optinuit principatum. ſic dux ⁊ ſignifer nr̄. deſtructa per orbem ydoloꝝ cultura: poplm ſuum a diaboli ſeruitute redemptū. non tam iure belli: quam iura ſibi caritate ſubiecit. ⁊ factus eſt princeps regum terre ſicut eſt in preſentiaꝝ agnoſcere. qm̄ ab omni tribu lingua ⁊ natione: renunciatur diabolo ⁊ pompis eius ⁊ ſolus in orbe terraꝝ adoratur a cunctis ⁊ colitur crucifixus. ¶ Querat iudeus ⁊ reuoluat ſcripturas. ubi ſimile contigit umquā in iſrl̄. ubi hec impleta uel implenda ſit prophia. ⁊ cum ad litteram inuenire non poterit. aut ſentiat nobiscum in ſpū: aut ſuum dicat prophetam ee mentitum. qui libertatem promittit: ⁊ captiuitatem importat iudeis. Cum enim teneantur uniuerſaliter omnes ubiq; terraꝝ captiui. ⁊ iugum oneris portent gentium uniuerſaꝝ: numquam uidetur iuxta prophetiam ee poſſibile. ut iugum excutiant una die omnium pariter nationum. ſicut in die contigit madian. Omnesq; ſimul gentes terre: fugiant a facie unius iudei ſicut madianite quondam a facie gedeonis. Aut igitur ſpiritaliter prophetantem intelligant ⁊ ſuaue xp̄i iugum ſuſcipiant in ſpū ⁊ ueritate. ut ſeruitio diaboli ⁊ legis onere liberentur: aut certe quia ſps dī mentiri non potuit per prophetam: liberatos xp̄i cultores agnoſcant. ⁊ ipſi iugum honeris. ⁊ uirgam humeri. ⁊ ſceptrum exactoris ſuſtineant. amodo ⁊ uſq; in ſempiternum. Nos autē qui redempti ſumus

a dño: letemur coram eo ſicut qui letantur in meſſe. fructum iuſticie nrē: per eum in proximo percepturi. Quem enim fructum habuerunt illi qui flectentes genua baalim adorantesq; dicebant: iſti ſunt dii tui iſrl̄. Nonne finis eoꝝ interitus quia ſtipendia peccati mors ⁊ glā in confuſionem? Exultemus ⁊ nos: ſicut exultant uictores capta uel potius recepta preda cum duce fortiſſimo gedeone. immo cū ihū potiſſimo ſaluatore nr̄o. qui deſtructo mortis imperio. ⁊ deiecto madianitaꝝ hoc eſt demonum principatu: reduxit captiuitatem nr̄am ⁊ adduxit hodie in libertatem glē filioꝝ dī. Iocum 98
autē hodie dicimus. quā licet una dieꝝ hoc eſt paraſceue pro nob paſſus ſit dominus ⁊ ſaluator: pia tamen mater eccla nolens tamquā miſerationis dī ſueq; redemptionis ingrata dies mortis ac ſepulture xp̄i ſine lacrimis preterire: cum omne tempus expendat in laudem. duas redemptori ſuo meroris ebdomadas dedicauit. quaſi duos agens in luctu dies qui ſunt mortis ac ſepulture ipſius. ut ſicut commoritur: ⁊ conreſurgere mereatur. Inde utiq; eſt quod in eccla hodie paſſio dñi legitur. non quod hodie paſſus ſit dñs: ſed quod omnes hi dies eius gloſe dicati ſunt paſſioni. Unde ⁊ precedenti dominica ſollempniter eſt in eccla decantatum. Iſti ſunt dies quos obſeruare debetis temporib; ſuis. Quia licet omni tempore propter nimiam caritatem qua nos dilexit. per cuncta ſ teneamur obnoxii: his tamen dieb; artamur ex debito eius compati ⁊ ingemiſcere paſſioni. ut qui reſurgentis glē cupimus ee participes: morientis quoq; pro nob nr̄a uideamur paſſione conformes. His enim dieb; precipue poſt xp̄m ducem unus quiſq; fidelis cum diabolo pugnaturus accingitur. ut cum xp̄o poſt modicum de uictoria coronetur. Habentes igitur ⁊ agnoſcentes o milites xp̄i ducis nr̄i poſitum ante oculos triumphale uexillum: glē cupidi uiri uirtutis aſſurgite. ⁊ contra

spūales nequicias. contra diaboli temptamenta: fortiter dimica-
te. ut cum uenerit dn̄s ad iudicandum: cum oliua pacis ipsi ⁊ palma
uictorie u̅r̅e. securi p̲redatis obuiam uenienti. firmum tenentes ⁊ cer-
tum. quia sicut ih̄c n̄r in hoc signo pugnauit ⁊ uicit. mortuus est
⁊ resurrexit: sic ⁊ d̄s. eos qui uicerunt ⁊ dormierunt p̲ ih̄m: adducet
cum eo in gloriam suam. ¶ Preterea si qua fides ⁊ deuotio clericoꝝ
ad benefactorem n̄r̄m serenissimum dn̄m ⁊ xp̄ianissimum regē.
si qua memoria beneficioꝝ ipsius u̅r̅a p̄cordia tangit: tantis n̄o
ingrati rependite mentis uicem. ⁊ q̄d solum certe potestis. sapitis
ac debetis: precib; assiduis. diu feliciterq; regnare uiuere. regem
celoꝝ ac dn̄m sine intermissione poscentes: pro longo ei ac p̲spero
statu. qui s̄cam matrem ecc̄liam cum prelatis ⁊ ministris ecc̄liaꝝ
qui regni prefectos ⁊ magistrat⁹ comites ⁊ barones. nobilitatem
⁊ plebem. populumq; suum diuerse nationis ⁊ lingue. tanta mo-
deratione gub̄nat: ut regnum ipsius diuina dextera protegente.
iusticia simul ⁊ pace regna terraꝝ super uniuersa. ⁊ simul in unum
diues ⁊ paup̲ securus ac letus: sua quisq; felix sorte letetur. Soluite
filii mei que xp̄i sunt xp̄o. ⁊ sua cesari soluite iura. reddite que de-
betis utriq;: ⁊ grām optinebitis utriusq;. Illum: tamquam xp̄m
dominum adorantes. istum: quasi xp̄m dn̄i reuerentes. Vterq;
enim xp̄s n̄r est. Ille xp̄s dn̄s: iste xp̄s dn̄i est. Ille rex regum ⁊
dn̄s dn̄oꝝ: iste regum exemplar. ⁊ moderator benignus omniū
subiectoꝝ. Et ille oretur: ut iste iuuetur. Ille famulum suū glā
⁊ honore coronet. uirtute corroboret. beatificet sobole ac longeua
senectute conseruet incolumē. ut iste populum suum longa
pace custodiat. ad laudem ⁊ glām nominis xp̄i. Qui cum
patre ⁊ sp̄u s̄co: uiuit ⁊ regnat in s̄cla s̄cloꝝ Amen.

Item in ramis palmaꝝ.

xxvii. Cantemus dn̄o gl̄ose enim magnificatus est. equum ⁊ ascen-
sorem proiecit in mare. ¶ Multa uob̄ dilectissimi ob reue-
rentiam hodierne festiuitatis dicere: multa uob̄ expediret audire.
Quis enim n̄r̄m si recte sapit in tante sollennitatis gl̄ia n̄o debe-
at etiam si centum haberet ora laxare? Quis u̅r̅m nisi mentis
inops a tanti spectaculi magnitudine possit oc̄los ⁊ aures auertere?
Vbi sicut audistis: celi enarrant glām dī. hic non tantum celi celoꝝ.
non tantum angl̄i ⁊ archangl̄i. n̄o tantum homines ⁊ iumenta:
s; ip̄i montes ⁊ arbusta sonare uidentur glām dī. Quid enī ali-
ud palme quid arboꝝ rami quos gestatis in manib; nisi glām dei
cantare uidentur? Nil mirum ḡ: si ⁊ nos in die magno festiuita-
tis oporteat tuba clamare: ⁊ uos quib; uerbum salutis hui⁹ missū ē.
libenter audire conueniat. S; quia loco ⁊ tempore sicut cernitis co-
artati nec nos quidem multa dicere. nec uos potestis portare m̄: salt̄
cantemus dn̄o. gloriose enim magnificatus est. Aduersus mundi
p̲ncipem dī filius celestis ille princeps militie pugnaturus ⁊ uasa
thesauri desiderabilis de manu fortis armati fortior ablaturus: n̄o
in equi fortitudine spem uincendi concepit. qui equum simul ⁊ ascen-
sorem erat deiecturus in mare. nec in tibiis uiri beneplacitum fuit
ei. qui gigas gemine substantie biformisq; nature: fortis ⁊ potens
erat in p̄lio cum hoste n̄r̄i generis constituto. non sperauit in multitu-
dine curruum ⁊ quadrigarum. qui semel egyptioꝝ castra respiciens
currus pharaonis ⁊ exercitum ei⁹ medius inuoluit in fluctib; n̄o elegit
numerum militum pugnatoꝝ. qui ad preterium si uoluisset imperiū
uallari poterat legionib; angl̄oꝝ. s; totam dimicandi p̲titiam: suo
dedicauit in sanguine. totam uincendi materiam: in morte p̲p̲ia
collocauit. Et qm̄ diabolus hostis humane p̲paginis p̲ mortem
peccantis hominis mundi crudelit̄ usurpauerat dn̄atū: factū ē

prudentiſſimo dī conſilio. ut ꝑ mortem hominis qui peccatum n̄
fecit: eundem mirabiliter amitteret principatum. Mira certa
minis ratio. mira fortitudo pugnantis. ut ibi ſpes poneretur
uictorie: ubi tamen poterat certitudo ruine. ⁊ in cauſam cedēt
triumphandi. mors ipā pugnantis. Tunc enim dī filius dō patr̄
mundum conciliauit: quando carnem ſuam immaculatā. ho-
ſtiam placationis in ara crucis affigi uoluit ac ꝑmiſit. Tūc
dī filius humanum genus ⁊ originalib; ⁊ ꝓpriis ſordib; expia-
uit: quando proprium ſanguinem de latere pendentis in cru-
ce produxit. Quod ſane myſterium ne pro ſui magnitudine
ſimul ⁊ nouitate ſtultitiam gentib;. iudeis uº ſcandalum ſuſci-
taret: multa dudum premiſſa ſunt teſtimonia. ⁊ ſanguinis
xp̄i excellentiam. numeroſa precurrunt ⁊ predicant ſacramēta.
ut nemo ducere poſſet in dubium: quod tantis cerneret indi-
ciis ꝑſignatum. Abel ille iuſtus ⁊ innocens. ad cuı̉ munera deus
dicitur reſpexiſſe: primus quidem agni ſanguine placuit. ſuo
poſtmodum ⁊ ipē ſanguine conſūmatꝰ. Moyſes ne occidatur ab
angelo: ſanguinis interuentu defenditur. dicente ad eum Sepho-
ra. ſponſus ſanguinum tu m̄ı es. Ubi ſtatim ſubnectitur. Et
dimiſit eum dn̄s. haud dubium quin moyſen. poſtquam dixe-
rat ei ſephora ſponſus ſanguinum tu m̄ı es. Iſr̄t ab egyptio ſan-
guinis nota diſcernitur. ⁊ a ꝑcutientis gladio: remedio ſangui-
nis liberatur. Exituris ⁊ enim filiis iſr̄t ex egypto. ⁊ de domo ſer-
uitutis ac fornace ferrea liberandis: agnum precipitur immolare. ⁊
agni ſanguine liminaria poſteſq; linire. Quare? Ut ſcilicet
iſrahelitarum domus: ab egyptioꝝ domib; diſcernantur. ne ſi domos
utriuſq; populi equalitas indiſcreta confunderet: errante ꝑcuſſoris gla-
dio pro egyptio forſitan iſr̄lita ſuccumberet. S; numq̇d domos a do-

mib; neſciebat ille ſecernere. qui primogenita nouerat a minio-
rib; ſeparare? Sciebat utiq;. ſ; typici ſanguinis comendabat
myſterium. aliquando in xp̄i ſanguine conſūmandum. Cuı̉ uir-
tutem ⁊ efficaciam dī patris uolens diſpoſitio predocere: tūc q̇dem
per ſanguinem agni. preſentem uoluit conſeruari. qui ab et̄no
preuiderat: uitam nob̄ perpetuam ſui filii ſanguine reparari. Huı̉
ḡ agni ſanguine: liminaria poſteſq; tinguntur. cum paſſionis
xp̄i memoriam. ⁊ crucis eı̉ uexillum: frontib; imprimimus. uaſtato-
ri angl̄o. ꝑ egypti huius inuia diſcurrenti: nullum melius ſignū
quam ſub quo ipē deiectus eſt opponentes. Nam cum in dextrum
ſiniſtrumq; poſtem. ab utroq; limnari ſanguis ille diducitur: forma
crucis euidentiſſime demonſtratur. Hunc ſanguinem filii carita-
tis ſue tanta dē patr̄ pretulit dignitate: ut ob huı̉ reuerentiam ſan-
guinis. ab omni eſu ſanguinis: longe ante ꝑcepit mortalibus
abſtinendum. ⁊ ſacrificioꝝ ſanguinem: ſibi ſpecialiter diceret
conſecrandum. Unde moyſi ⁊ apl̄i teſtimonio: ſcd̄m legem. oīs
pene tranſgreſſio mundabatur in ſanguine. nec ſperabat remiſſi-
onis remedium: quem non redderet effuſio ſanguinis expiatum.
Nullū quidem per ſe habere poterat effuſus pecudum cruor ſc̄ifica-
tionis effectum. ſ; quia miſericors dominus totum deſtinauerat
orbem ſalutifero ſui filii ſanguine liberare: hoc quoq; miſericordi uo-
luit cura prefigere. ut dum ſanguis ille uere ſc̄s ⁊ ſc̄ificans expec-
tatur: illa interim ſubſtantia uicem gereret aliquam ſanctificatio-
nis. que particeps erat ⁊ nominis. ⁊ credentib;: pro tempore ſan-
guis ſufficeret pecudis. donec plena ſc̄ificatio fieret in ſanguine
ſaluatoris. Si enim ſanguis tauroꝝ ⁊ hircoꝝ ⁊ cinis uitule aſꝑ-
ſus inquinatos ſc̄ificare potuit ad emundationē carnis: quanto
magis ſanguis xp̄i qui ſemetipſum optulit hoſtiam uiuentem. ·100·

emundabit nos ab operib; mortuis ad ſeruiendum dō uiuenti.
Videns g° diabolus diuinis ſanguinem ſacrificiis ad ſalutis hu-
mane remedium exhiberi. ⁊ diuino cultui profectui dolens hu-
mano. putansq; diuinum in oblatione ſanguinis honorem habi.
eadem ductus preſumptione. qua prius ꝑ rapinam ad equalita-
tem aſpirare non erubuit creatoris. a ſuis ⁊ ipſe cultorib; ſibi pre-
cepit ſanguinem immolari. ut ut quaſi princeps mundi huius
pari cum dō uideretur honore contendere. ut quia ꝑ ſanguinē
100 munere ſibi ꝑiculum formidabat. quaſi contrario ſimili: contra-
rium euitaret. Sicq; ꝑ multa tempoꝝ ſecla ſanguine paſtus. ut
ꝑſimile ſacrificii genus altiſſimo ſimulis uoluit eſtimari. ut ſi qđ
eēt in ſanguinis immolatione myſterii. id ꝑ ſanguinem crede-
dit euacuari. S; poſtquam uenit ſcs ſcōꝝ ⁊ ſanguis fuſus eſt xpi.
impleta eſt prophia ⁊ uiſio. ceſſauit protinus unctio regum. ceſ-
ſauit incantatio demonum. ceſſauit ſanguis arietum ⁊ taurorum.
⁊ ueri pharaonis principatu depoſito. in eccłia titulus erect⁹ eſt xpi.
ꝑ crucis ſue uexillum. de mundi principe triumphantis. Cantem⁹ g°
dño: glorioſe enim magnificat⁹ eſt. Glorioſus uictor: ⁊ glorioſa uic-
toria. quia fortis hoſtis: ⁊ pugna fortiſſima. Ad quam dominus q̄ſi
uir pugnator accedens: tria ſecum ſpecialiter attulit. humilitatē:
quam hoſti oppoſuit. caritatem: quam ſeruis exhibuit. ueritatem:
quam ad dm̄ cognoſcendum edocuit. Per humilitatem: contumaciā
ſuꝑbiſſimi hoſtis potent̄ attriuit. ꝑ caritatem: ꝓ ſuis a morte ꝑpetua
liberandis gratis mori ſuſtinuit. ꝑ ueritatem: mundum errorib; in-
uolutum. ad ueri di cultum ⁊ noticiam reuocauit. Tanto g° magni-
catus eſt glorioſius: quanto dimicauit humilius. Ibiq; abſcondita
eſt fortitudo ei⁹: ubi abiectior uidebatur humilitas. Quis enim
in hodierno tempori ut modicum reſpondeamus. admirari ſuffici-

at. uilis aſelli tergo ſedentem. occurrentium undiq; populoꝝ uo-
tis ⁊ uocib; acclamari oſanna rex iſrl. Quis u° non obſtupeſcat.
tante preſertim humilitati cum ramis palmaꝝ excellentis trium-
phi glām exhiberi. S; plane dum tam abiecto ⁊ humili tantus
honor impenditur. uicina de hoſte uictoria. que ꝑ abiecti oppbriū
celebranda fuerat. preſignatur. O mira nri bellatoris humilitas.
humilis aſelli ſeſſor apparuit. qui equum ⁊ aſcenſorem. diabolū
ſcilicet auctorem ſuꝑbie qui ꝑ aſcenſorem exprimitur. cum ipſius
ſuꝑbia que in equo intelligitur: in mare tempeſtatis ꝑpetue fuerat 101
deiecturus. Nos g° dilectiſſimi quib; propoſita eſt in exemplū
nri patientia redemptoris. ſi ⁊ ipſius uolumus premium optinere.
nullam aſcenſori peſſimo ſedem in nob ſuꝑbie relinquam⁹. ſet ſeſſo-
ri humili. dño ihu xpo. cui⁹ utiq; iugum ſuaue: manſuete mentis
humile ſeſſorium preparemus. Simplicitatis enim merito: pene-
tratur ad celum. ⁊ humilitate: peruenitur ad regnum. ubi ma-
licia paruuli. ⁊ beato de uirtute in uirtutem tranſitu facti hebre-
oꝝ pueri: exultationis uocem ⁊ laudis iubilum. ꝑſonem⁹ oſanna
benedictus qui uenit in nomine dñi rex iſrl. cui⁹ regnum ꝑma-
net in ſecla ſecloꝝ. Amen. Item in ramis palmarum.

xxviii Noe autem iuſtus atq; ꝑfectus fuit. cum dō ambulauit. ⁊ genuit
tres filios. Sem cham ⁊ iafet. Qui poſt diluuium planta-
uit uineam. bibensq; uinum: inebriatus eſt ⁊ nudatus in tab-
naculo ſuo. Vellem frs ad grām tante feſtiuitatis diuino
fretus auxilio uiri iuſti hui⁹ caritati urē pandere ſacramentum.
⁊ quid nobis in ei⁹ temulentia ut nudatione ſit reuelatum. q̄d
in riſu filii minoris ⁊ duoꝝ opꝑimento. myſterii lateat: ſi locus ⁊
tempus permitteret aperire. S; in anguſto ſicut cernitis conſtitu-
ti. non poſſumus late cuncta diſcutere. nec rem altius ueſtigādi.

debitis ad horam ſpacis explicare. Si q̇d ġ minus plene mini
compoſite uideatur in ſermone digeſtum: neceſſitati ſi placet
n̄o nob̄ aſcribite. ⁊ in cauſa longis digna tractatib;: n̄r̄m queſo
breuiloquium excuſate. Omnipotens ġ ⁊ miſericors pat̄ huma-
ne calamitati compatiens: ab ip̄o p̄mi parentis exceſſu reſtaura-
tionem n̄r̄am p unigenitum ſuum tempore nouiſſimo cōſumman-
dam: multis ante temporib; multis uoluit rer̄ indiciis declara-
re. quatenus ⁊ preteritos patres future gr̄e ſpes ⁊ fiducia ſolarent̄.
⁊ ſequuturos ad fidem geſta p̄terita roborarent. E quib; unum
in primis nec minimum fuit: hoc q̄d nūc audientie u̅r̅e p̄poſui
ſi tamen aduerit dn̄s explanandū. continens ⁊ defectum n̄r̄e
mortalitatis p culpam originis: ⁊ effectum ſalutis p myſterium
dn̄ice paſſionis. In effuſione ſiquidem generalis diluuii. que ſpi-
rantia conſumpſit uniu̇ſa de t̄ra: iuſtiſſima om̄ium demonſtra-
ta eſt p̄dītio peccator̄. eo q̄d a ſtirpe prima tota ſequens dāpnata
poſteritas: p̄petue tenebatur obnoxia morti. peremptoria in cūc-
tos lata ſententia. qua uidelicet dicitur: ſi comederis morieris.
⁊ quia corrupta eſt t̄ra malicia hominum: ego diſperdam eos
cum terra. In reſeruatione u̇ paucor̄ in archa. q̄
diuino magiſterio fabricata. ſup aquas diluuii ferebatur ſupe-
minens gr̄a redemptoris oſtenditur. qua genus humanum legib̄
eterne mortis addictum: gratis ⁊ ſolo miſericordis affectu. de mundi
periculo libatur. Hoc aūt ſūmum ⁊ ineſtimabile pietatis ⁊ miſe-
ricordie genus. quanti foret: nūquam plene qui ſupfuerunt agno-
ſcerent. niſi generalis om̄ium interitus p̄ceſſiſſet. Peccatum ġ ut
appareret peccatum: deleti ſunt om̄s uno iudicio peccatores. ut
aūt ſupabundans delicto gr̄a monſtraretur. ſeruati ſunt ex n̄ra
quidam. ut merito poſſit ⁊ debeat omnipotentie conditoris ī utrisq;

miſericordia ſimul ⁊ iudicium decantari. Hec aūt yſtorialit̄
ſuo tempore geſta: futuram temporib; n̄r̄is in xp̄o ⁊ eccl̄a figu-
rabant ſalutem. que p lignum crucis ⁊ aquam baptiſmatis fac-
ta eſt in manu mediatoris. Noe ſiquidem qui tres filios genu-
it. ⁊ eis archam in ſalutem aptauit: xp̄s dn̄s eſt. qui tres populos
quaſi tres filios habuit. quor̄ primogenitus: ante legem. ſcd̄s:
ſub lege. tercius: ſub gr̄a fuit. Qui uere iuſtus atq; p̄fectus eſt.
quia uirgo de uirgine natus: peccatum non fecit. nec inuent̄
eſt dolus in ore ei̇. Cum d̄o ambulauit. a cui̇ numquam uolun-
tate ut unitate receſſit. Ego inquit ⁊ pat̄ unum ſumus. nec
quero uoluntatem meā: ſ; uoluntatem ei̇ qui miſit me patris. Ar-
cham mirabili opere mirabilis opifex fabricauit: quando ſcām
eccl̄am toto iam pullulante p ſuis ſcelerib; mundo: in ſalutē cre-
dentium mediis in fluctib; ſtabiliuit. Plantauit ⁊ uineam: iſrl̄i-
ticam ſcilicet gentem. quam tranſtulit ab egypto ⁊ in t̄ra p̄miſſio-
nis locauit. A qua poſt modicum potatus: inebriatus. nudatus
⁊ irriſus eſt in tabnaculo ſuo. Expectauit enim ut faceret uuas:
⁊ fecit labruſcas. dum pro fructu iuſticie: ſatori ſuo crucis ac̄-
moniam germinauit. Bibens inquit uinum: inebriatus ē.
⁊ nudatus in tabnaculo ſuo. Aceto namq; cum felle mixto
potatus ab eis: calicem ebibit paſſionis. quo ſoporatus in mortē:
riſum incredulis. fidelib; aūt compaſſionis uiſcera mouit. In
tabnaclō ſuo: id eſt in iudea ut iheruſalem. ubi dī fili̇ uirgine 102
mediante: cum hominib; ⁊ inter homines corporalit̄ habitauit.
Hic tres filios trium tempor̄ populos habuit. primum ut ante
iam diximus ante legem. ſcd̄m: ſub lege. tercium u̇: ſub gr̄a.
Quor̄ medius: patrem nudatum uidit ⁊ riſit: ac nunciare frīb;
p̄perauit. At illi. accepto pallio. ⁊ incedentes retrorſū: uerenda pat̄s

operuerunt ⁊ patris uerecundiam non uiderunt. Sem uidelicet ⁊ iafet. ad operiendam patris ignominiam conuenerunt. Primus ⁊ ultimus populus: paſſionem xp̄i ⁊ crucis improperium magna cum reuerentia ſuſceperunt. Omnes enim ⁊ post ⁊ ante diluuium patres. in quantum fides poterat: crucis xp̄i. quod in ſalutem mundi futurum ſperabant: uenerati ſunt ſacramentum. Omnes quoque post aduentum eius fideles: crucis contumeliam in qua nudatus est xp̄s honore debito reuerentes: in ſui gloriam conuerterunt. ſolus cham medius ſolus iudeus infelix uidit ⁊ riſit. ⁊ uſque hodie ſupplicio crucis inſultans: non deſinit fratres ad ſpectaculum huiuſcemodi prouocare. Euigilans autem noe de ſompno. cum didiciſſet quod ei fecerat filius eius cham. maledictus inquit chanaan. ſit ſeruus fratrum ſuorum: in perpetuum. Quod non cham ſed chanaan filio filii maledicit: non excipit propterea cham. ſed ſuam illi poſteritatem adiungit. ut radice dampnata: nullus a maledictione ſurculus relinquatur immunis. Unde ⁊ eum perpetue ſeruituti addicit. continuans generationibus generationes. uſque in finem. Benedixit autem ſem ⁊ iafet: dicens. benedictus dominus deus ſem. dilatet deus iafet. ⁊ eum faciat habitare in tabernaculis ſem. ſitque chanaan ſeruus eorum. Sic in figura noe. ſic in ueritate redemptor noster. a morte reſurgens. tamquam potans crapulatus a uino: iudaicam perfidiam deteſtatus est. ⁊ abhominatus est hereditatem ſuam. malos male perdens. ⁊ uineam ſuam aliis colendam attribuens. ⁊ ſicut est in preſentiarum agnoſcere: dilatauit tentoria iafet. ampliauit gloriam populi xp̄iani. eumque habitare facit in tabernaculis ſem. hoc est in montibus ſanctis. ⁊ in ſedibus patriarcharum ⁊ prophetarum. Cui ſpiritualiter ⁊ carnaliter ſeruit iudea cum filiis ſuis. Carnaliter quidem: quoniam ubique terrarum ſubiecti ſunt populo xp̄iano. ⁊ licet ipſi detrectent. licet abhorreant: xp̄i tamen

imperium portare coguntur inuiti. Spiritualiter uero: quia iugo duriſſime legis aſtricti. ad libertatem gratie qua xp̄s nos liberauit: propter contemptum patris aſpirare non poſſunt. Hos ergo fratres kariſſimi uidentes impietatem qua ſe nequam filius in parentem erexit. ⁊ riſum qui ſibi perpetuum uerſus est in lamentum: deteſtemur eum cum actibus ſuis. ne ſecum in maledictione patris inuoluamur. Abhominemur iudam ⁊ iudeorum perfidiam. ne cum eis eterna ſeruitute dampnemur. Imitemur magis ac 103
melius Sem ⁊ iafet. uiros imitatione digniſſimos. ut cum eis quoque benedictionis paterne premia ſortiamur. Illi enim auerſis uultibus: patris ignominiam non uiderunt. ⁊ nos auertamus oculos mentis a cogitationibus peſſimis. ne ſcrutari uelimus illicita uidere ut ſcire uolentes: quare dominus maieſtatis pendeat in cruce nudatus cum ſolo poſſet imperio mundum redimere. ſicut eum ſolo quando uoluit iuſſu creauit. Illi quod rideant in patre: non uident. ⁊ nos de ſaluatore nostro per mortis poculum ſoporato: nichil umquam ridendum. nichil uituperabile ſentiamus. ſed illam ipſam ut pendentis in cruce ut in ſepulcro dormientis iniuriam xp̄i. ad nostram potius gloriam nostramque benedictionem uertamus. ut benedici mereamur ab ipſo. qui est benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Item in ramis palmarum.

xviij. Emitte agnum domine dominatorem terre. de petra deſerti: ad montem filie ſyon. Torpentis inertia prepeditus ingenii. ⁊ curis me miſerum ſecularibus occupatus: non paraui prandium conueniens in die feſto. tauros ⁊ altilia non occidi. ut uocare poſſim ad nuptias ⁊ parare menſam populo dei. Nichil habeo quod ponam ante illos: preter agnum qui occiſus ab origine mundi. emiſſus est in fine ſeculorum de petra deſerti ad montem filie

ſyon. hunc tollite ſi uultis: et edite. non crudum hoc eſt intempeſti-
uum et inmaturum. ſed annualem. ſapientia et etate perfectum. non coctum
aqua. non morbo ut ſenectute ſolutum. ſed igne tantum hoc eſt ar-
dore paſſionis aſſatum. Legimus agnum in egypto paſcalem pro
liberatione populi ſub figura. iubente domino immolatum. legimus
et eum quem digito baptiſta monſtrauit dicens ecce agnus dei. pro
redemptione populi non figurate ſed realiter crucifixum. ſed quomodo miſ-
ſus ſit alteruter de petra deſerti ad montem ſyon. iuxta litteram
non apparet. cum nec typicus ille pridem. nec uerus poſtmodum
agnus de petra miſſus. ſed alter e gregibus: alter de celis adueniſſe
legatur. Inſpiciamus ergo attente quod legimus. et quia nec locus
nec hora patitur immorari: quis ſit huius littere ſenſus. et qualiter ad
diem pertineat: quam breuiter poſſumus adiuuante domino diſſeramus.

Deſertum dici mundum iſtum karissimi: multis ſcripturarum teſti-
moniis approbatur. ut eſt primus illud. ductus eſt iheſus in deſertum
a ſpiritu: ut a diabolo temptaretur. Quaſi enim a ſpiritu dei filius duc-
tus eſt in deſertum: quando a celeſtibus miſſus in mundum uenit.
Spiritus inquit domini ſuper me: euangelizare pauperibus miſit me. Qui
ergo a ſpiritu mittitur: a ſpiritu nec dubium adducitur in deſertum. Et
quoniam ad hoc natus eſt et uenit in mundum ut teſtimonium perhibe-
at ueritati: quid niſi temptandus aduenit? Quiſquis enim ad
opus dei ſeruiturus accedit: cor ſuum iuxta ſapientis eloquium
ad temptationes inuitat. Quod autem opus inter opera diuinius uniuerſa.
quam annunciare pauperibus regnum dei? Ad hoc ergo opus dei ductus
iheſus in deſertum. hoc eſt in mundum iſtum a ſpiritu. ductus eſt utique
ut temptaretur. quoniam pia uirtorum in ſeculo uita. nunquam ſine temp-
tatione tranſigitur: nec ſine certamine coronatur. Quod alter
euangeliſta manifeſtius ponit. qui dominum ſaluatorem. non illo

ut illo deſerti loco: ſed indefinite ſcribit fuiſſe temptatum dicens.
cum ieiunaret: ſepe temptabatur a ſatana. Sicut enim mirabi-
liter natus. ſic et mirabiliter conuerſatus in mundum: mira poten-
tia. mira diabolum abſtinentia prouocabat. ut hunc temptare magis
appeteret. quo eum inter homines ſupra hominem operari cernebat.
Niſi enim differentius aliis ſanctiusque degeret uniuerſis: non eſſet
opus diabolo illum fraudibus attemptare doloſis. quem per ſimilitudine
conuerſationis et uite: non dubitaret ceteris ſociandum. Quoniam ergo in 104
his que patris ſunt ſingularis inter filios hominum dei filius appa-
rebat: hoſtem ſalutis humane ad temptandum amplius inde-
batur accendere. ut irritatus uirtutibus inimicus uirtutum: omnis
nequitie ſue uires experiretur in chriſtum. omneſque fraudum laqueos
explicaret. quatenus ubi nullum genus temptationis omitteret:
uictus in omnibus et confuſus abiret. Et ſerpens qui ſub moyſe quon-
dam exaltatus eſt in deſerto: eum qui pro toto generaliter mundo
exaltandus erat in cruce filium hominis figurabat. ut ueritatem
umbra precederet. et deſertum heremi: deſertum ſeculi preſignaret.
In canticis quoque legimus canticorum: que eſt iſta que aſcendit per de-
ſertum ſicut aurora conſurgens et cetera. quod ſiue de ſponſa chriſti eccleſia.
ſiue melius de matre ſaluatoris accipitur: de mundo tamen quaſi
de deſerto ſurrexit. quando uere preuncia lucis: ſolem iuſticie nobis
et parturiuit et dedit. Ex quibus aperte colligitur: mundum ut diximus
ſepe deſerti nomine figurari. pro eo: quod ſit deſertus ad tempus
et derelictus a deo. in penam hominis: qui dereliquit deum factorem
ſuum. et receſſit longe per peccatum a ſalutari ſuo. In hac ergo ſolitu-
dinis heremo in hac uaſtitate deſerti: patris et filii diſpenſante celitus
ſummi clementia conditoris: orta eſt tandem aliquando illa mira-
bilis ac inuiolabilis petra. per quam ſerpens de quo facti ſumus

transiuit. nec uiam fecit. quando natus intemerata de uirgine
ds homo: corruptionis uestigia non impressit. Qui post definitū
tempus a patre. cum auctore mortis pro salute mortalium in
mundi campo singulari certamine cōgressurus: ierosolimam ue-
nit. que sita est utiq; in monte syon. ubi sicut uoluit & a quib;
uoluit comprehensus & crucifixus: pphīe presentis oraculū & assūp-
te cursum mortalitatis impleuit. Hoc ḡ nouissimis dieb; spū
reuelante futurum pphā prenoscens: tante grē largitorem uo-
tis ac precib; interpellat dicens. mitte iam si placet: mitte quē
missurus es domine. Emitte agnum dominatorē tre. de petra
deserti: ad montem filie syon. Quasi dicat. Tu dnē pūbum
tuum qd erat ds apud dm: fecisti prius hominem de limo tre. ac
pidem uerbum tuum carnem factum aliquando: redempturꝰ
es hominem de lacu mortis etne. ut idem sit & nō alius creator
hominis ac redemptor. tu facias in tempore: qd facere ante tem-
pora prouidisti. Et hoc quidem pphā non orat quasi nolentem
ut uelit aut oblitum ut promissi meminerit. s; quatenus bona
mortalibus nūciet: que nouerat diuinitus prouentura. Non enī
docet omnipotentem sic facere s; nob indicat sic facturum. Emitte
inquit agnum dnē dn̄atorem terre. Vbi notandū. qd cum alia scp-
tura dixisset. mitte dnē quem missurus es: missionem filii dī a pa-
tre signauit. qua non est emissus: quia non est separatus a patre.
unde loquitur dicens. qui me misit: mecum est & non reliquit
me solum. Hic aūt emissus de petra: hoc est editus de uirgine
fertur: ut differentiam faciat int utramq; natiuitatē. pma.
in qua licet differat a patre filius in psona: non est tamen in
diuitate seiūctꝰ. alteram: in qua segregatꝰ est ex utero matris. ut
manifestus fieret omnium oculis nationum. Et ne quis forte

putaret inuitum ut impotentem ad crucis patibulum trahi:
signanter expressit dominatorem terre. ut nulla credas necessita-
te. nullius potestate coactum: animam posuisse. quem audis
terre dominum appellari. Nemo inquit tollet eam a me. s;
ego tamquam potestatem habens: pono animam meam & iterū
sumo eam. Vt ḡ intelligas p nrīs scelerib; crudeli morte dap-
natum. captus est enim in peccatis nrīs: agnum cōgruenter
appellat. qui pro peccato secundum legem erat solitus īmolari.
Vt aūt scias sola pro nob misericordia motum nō cuilibet uio- 109
lentia tractum: dominatorem nominat tre. aduersus quē ni-
chil tra preualuisset & puluis: si non ille potestatem attribuisset
e celo qui uenerat sponte passurus in tra. Ad montē filie syon.
Per montem & filiam & syon: ipm intelligimus scificationis lo-
cum & ciuitatem & templū. Vnde pphā. uenite inquit ascendamꝰ
ad montem dnī: & ad domum dī iacob. Dominus ḡ ac redep-
tor nr̄ consūmaturus ppt que uenerat sacramta redemptiōis
humane. cum eēt factus sub lege: scdm legis mandatum. deci-
ma die primi mensis. hoc est hodierna die: uenit ad montē syon.
id est in ihrlm. Cu super despectum animal propter iniuriā
ludibriose mortis euicino future sederet: tota obuiam ciuitas
ruit. alii plausib; exultare: alii uestimenta substernere. alii de-
cimatis arborib;. sua gaudia promere. alii uoto alii cursu reliqs
preuire. omnes in unam pariter uocem salutationis erumpere:
osanna benedictus qui uenit in nomine dnī. rex isrl. Res no-
ua & mira int miracula saluatoris non ultimo loco ponenda.
Quid enim in xpo cōspexerant. unde ad talia tam subito mo-
uerentur. Quos fastus regie potestatis. quod bellatoris aut
triumphantis insigne. ut eum puplice regem diceret isrl. & qui

nuper de prelio subiugatis hostibus redeunti. summis uocib; hymnū
uictorie decantarent. Quis umquam regum sic abiectus ⁊ hu-
milis ueniens. sic magnifice. sic alte receptus est. Cur hec hodier-
na die potissimum ⁊ non alio tempore faciebant. nisi quia mox triū
phaturum per agonem passionis instinctu pphabant. ⁊ ꝑ resurrectionis
potentiam regnaturum fatebantur multi. Et sicut agnus ille
pascalis decima die mensis festiuo cum gaudio de grege domum
adductus. certam seruabatur ad uictimam. sic ⁊ agnus dī qui
tulit peccata mundi. ea similit̄ die. cum hymnis ⁊ laudib; ciui
tatem ingressus. ut implerentur omnia que scripta erant de
illo. uiuus ⁊ incolumis seruatus est ad passionem. ac post quam
uenit hora eī ut transiret de mundo ad patrem. assatus in ara cru
cis. tinxit iuxta litteram utrumq; postem. ubi duo parit̄ ligna
uiuifice crucis. preciosissimo sanguine cruentauit. Clamat ḡ
nec in uanum ppha. ⁊ sacramenti huī plenitudinem exprimens.
dicit. Emitte agnum dn̄e dominatorem terre. de petra deser-
ti ad montem filie syon. quasi conscius secretoꝝ dī. cum ipō cōfe-
rat dicens. scio iam dn̄e te enim docente condidici. quia neminē
lex ad perfectum adducit. Alia est uia salutis nr̄e. alia causa
redemptionis humane. Agnus iste pascalis. liberat quidē ppl̄m
de seruicio pharaonis. non eruit de potestate diaboli. Eligitur
ab omni macula mundus. s; non tollit peccata mundi. S; mit
te obsecro quem missurus es de supernis. emitte agnum de petra
deserti. oriatur lapis de petra. uirgo de uirgine xp̄s. crescat in
montem syon. qui speculam sonat. ascendat altitudinē crucis.
ut exaltatus a terra. sicut olim serpens in heremo. conspicuus ui
deatur cunctis amantib; in salutem. Clamat ⁊ infelix adhuc
synagoga. s; frustra clamat emitte agnum. ⁊ cetera. Quom̄

enim clamabunt in quem non crediderunt. quom̄ ū audiet eos
qui se non audierunt. Ego inquit ueni in nomine patris mei. ⁊
non recepistis me. si alius uenerit. illum hoc est antichristum re-
cipietis. frustra inquit clamatis ut ueniam in carne passurus.
quia iam ueni. ⁊ non cognouistis me. semel mortuus sū ꝑ pecca-
tis ur̄is. nec ultra iam moriar. Amen dico uob. non me uidebitis
amodo donec dicatis benedictus qui uenit. hoc est aduenisse cre- 106
datis. quem adhuc speratis uenturum. S; hec illi ad confusionē
suam. Nos aūt quib; dō grās ex parte iam datum est scire myste-
ria regni dī. ⁊ uidere que multi reges ⁊ pphe nō meruerunt. ag-
noscentes agnum ⁊ confitentes emissum de petra deserti. de uir-
gine incorrupta progenitum. ad montem salutifere crucis cum
paruulis hebreoꝝ occurramus obuiam uenienti. ⁊ quasi m̄ gem-
ti infantes. sine malicia. sine dolo. memoriam illoꝝ que gesta sūt
in passione dn̄i faciamus. Cum lacrimis exultantes. ⁊ cum leticia
condolentes redemptori nr̄o mortuo pro nobis atq; sepulto. ut
cum eo pariter. a morte surgamus ad uitam que xp̄s est. ipō pre-
stante. qui cum patre ⁊ spū scō uiuit ⁊ regnat in scla sclor. Am̄.

Item in ramis palmarum.

x. Hoc sentite in uob. quod ⁊ in xp̄o ihū. Licet multa frs
kmi. turba multa que conuenit expectet. licet dignitas
tante sollempnitatis. ad loquendum multa requirat. cogimur
tamen in presentiarum uerbum facere breuiatum. non ut diem
festum ut eī reuerentiam minuamus. s; quia locus ⁊ tempus sic
suadere immo non aliter ferre uidentur. Dabitis ḡ ueniam
pauca dicenti. ⁊ dignanter habebitis excusatum. si qd̄ minus
sufficit multitudini. multoꝝ sufficiat caritati. Dixi iam uob
⁊ audistis. hoc sentite in uob ⁊ cetera. Sūma ⁊ incogitabilis

illa diuine maiestatis essentia. que rationabilem creaturam ad
cognoscendas ⁊ participandas glorie sue diuitias de nichilo suscita-
uit. tantum pre ceteris creaturis hominem dilexisse dinoscitur:
quantum dignitate conditionis eum pre cunctis honorasse mon-
stratur. Condidit enim illum ad imaginem ⁊ similitudinem
suam: ut aperte monstraret. quod tantum esset aliis sublimior
creaturis: quantum esset similior creatori. Factus est igitur homo tan-
te dignitatis ⁊ glorie: ut conditori suo fieret ⁊ rationalitate confor-
mis: ⁊ immortalitate consimilis. felicissimus in utroque futurus:
si cursum obedientie consumasset. si fidem seruasset illesam. Verum
quoniam pro dolor ad unius suadelam serpentis. oblitus est dominum creato-
ris sui: gloriam immortalitatis dum male seruaret amisit. ⁊ mor-
tis periculum: male cautus incurrit. Sed mouet forsitan aliquos:
quare quem tanto deus honore condiderat. pro uno solo comesti-
onis excessu tam tristi sententia condempnauit. qui cum sit mise-
ricors ⁊ miserator: maiora peccantibus dimittere consueuit. ni-
mium que uideri mirabile. ut dei prouidentiam falli ut quasi ne-
sciens hominem mox periturum creasset: ut incommutabilem con-
mutari. ut scilicet intendens homini benefacere prius. consilium
mutasse postmodum uideatur. Inconueniens ⁊ enim immo im-
possibile constat dei prouidentiam falli. ut incommutabilem ali-
quatenus commutari. Iniquum autem ⁊ intollerabile fidelibus ani-
mis: tale quid sentire de deo. ut ad perditionem tantummodo creda-
tur hominem condidisse. Si ergo falli non potuit quia deus scien-
tiarum dominus est. si permutari non potuit apud quem commutatio nul-
la est. si benefacere uoluit ⁊ nichil eius uoluntati resistit. sed omnia
quecumque uult facit in celo ⁊ in terra: unde queso in miserum
hominem tanta mutatio. de uita in mortem. de gloria in confusione.

de gaudio in merorem. de paradiso uoluptatis in terram miserie
spinas ⁊ tribulos germinantem? Sed si fideliter ⁊ discrete cau-
sa pensetur. simplicibus oculis aperte patebit. quod nec prouiden-
tia fallitur. nec propositum deitatis mutatur. Preuidit namque ·25°·
deus ⁊ presciuit hominem periturum: si mandatum dei contemp-
neret. preuidit nichilominus ⁊ presciuit uicturum: siquidem
obediret. sed sicut hinc prescientia non intulit necessitatem ad
uitam: sic inde non coegit ad mortem. nec est mutata circa ho-
minem sententia dei. quandoquidem a principio dictum est
homini: si comederis morieris. Voluntas itaque dei bona est. ⁊ ·107·
iniquitas in eo non est. quia hominem ⁊ de non esse fecit ut esset:
⁊ dedit ut bene esset. premonuit ne male esset. dedit scire quid bo-
num quid malum esset. ⁊ arbitrium faciendi quod nellet. ut rationis
⁊ libertatis priuilegio gaudens: nec excusationem in peccatis haberet.
nec premium bone uoluntatis amitteret. Vnde cum sponte sua
declinasset a bono ⁊ eligeret malum: iustissime reprobatur a deo.
quia nulla penitus ignorantia. nulla compulsus necessitate pec-
cauit. sed sciens ⁊ uolens: dereliquit dominum factorem suum. ⁊ secutus
est diabolum interfectorem suum. recessit a deo salutari suo: ⁊ adhe-
sit aduersario salutis sue. In quo mirabilis illa dei clementia nequ-
quam seuerior ut clamatur: sed mirabilior quodam modo monstrata
est. que sic humanam miseriam miserata est: ut nec deseren-
tem sese desereret. ⁊ neganti: sua beneficia non negaret. Proui-
dit ergo ex alto supremi consilii. ut quamuis homo per gustu suauitatis
illicite. mortis amara gustasset: non tamen in eternum dei factura
periret. ne perditus hostis generis humani diabolus: etiam de
perditione hominis solatium inueniret. ⁊ bonum circa hominem
dei propositum: diabolicis uideretur fraudibus euacuatum. Postquam

g̊ plenitudo temporis uenit. quod erat ab eterno prefinitum a pa
tre: coeternum ⁊ consubstantialem sibi filium misit d̄s in mundum.
ut beniuolentiam quam d̄s habuerat erga hominem in creatiōe:
aptius in redemptione mōstraret. Q(uo)d misterium restaurationis
humane a primis seculis ordinatum: nouissimis temporib; re
uelatum est. ut rerum ordine cōmutato: fierent nouissimi primi.
ut nouissima sc̄orum: redirent in pristinam dignitatem. ⁊ maior
minori seruiret. ut filii ante quam patres t̄ram promissionis at
tingerent. ut mortuo heli sacerdote cui iam caligauerant oc̄li p̄
senectute. extincta scilicet p̄phia. ⁊ legis uetustate deleta. puer
samuel nouus ordinaretur sacerdos sc̄d̄m ordinem melchisedech.
⁊ reprobato saul rege p̄pt̄ superbiam. hoc est principe mundi foras electo:
pastor ille sublimaretur in regno. qui ⁊ goliā diabolum in fronte
percuteret: ⁊ animā suam pro omnib; suis ponens. a lupor(um) morsib; libe
raret. ut exeuntem de israhele p̄pham: mulier sareptena susciperet.
⁊ omissis ceteris: naaman syrum iordanis unda mundaret a le
pra. ut ubi principes sacerdotum ⁊ seniores. unum occiderent xp̄m:
paruuli hebreor(um) gentium p̄p̄li scilicet: occisum reciperēt. ⁊ adorarēt
uiuentem in sc̄ta. Hec sunt illa diuine profunditatis consilia: que
sapientib; idest superbis abscondita sunt. ⁊ paruulis idest humilib;
reuelata. quia xp̄i humilitatem non nisi humiles agnouerunt.
Superbi ⁊ enim homines tumore cordis elati: non nisi alta conspici
unt. ⁊ id(e)o xp̄m in humili positum: uidere non possunt. D̄s autē
ūr in altis habitans: tantum humilia respicit. ⁊ ideo humilib; tantū
gr̄e sue dona concessit. Hoc est g̊ q(uo)d dicitur sentite in uob; q(uo)d ⁊ in
xp̄o ih̄u. qui cum eēt in forma dei: factus est in similitudinem ho
minis. ut homo reciperaret quam ante perdiderat similitudinē
di. Hoc g̊ sentite in uob: q(uo)d in illo sentitis. ut sicut ille de solio

paterno descendens. humiliauit semetip̄m pro nob usq; ad mor
tem. non qualemcumq; sed crucis. ⁊ factus est p̄pt̄ nos ultimus
hominū. sic ⁊ nos humiliemus illi animas n̄ras. ⁊ studeamus p̄pt̄
eum ultimum locum tenere. ut cū humiliati fuerim(us) sub potenti
manu di tempore uisitationis sue: exaltet nos ipse tempore necessita
tis n̄re. Q(uonia)m aut d̄s ⁊ d̄ns n̄r ih̄s xp̄s hodierna die ierosolimam p
n̄ra redemptione passurus intrauit: nos ad eum quo(que) possimus
pedib; corporis ⁊ fidei gressibus exeamus. ⁊ usq; ad locum illū ubi
extra portam p salute n̄ra crucifixus est. crucē ei(us) non in angaria s; 108
in affectu portantes: occurramus obuiam saluatori n̄ro. tota men
tis intentione pensantes: quanta nos peccatores pro nōie suo portare
debemus. si tanta pro nob ille sustinuit: qui peccatum non fecit.
Quis enim n̄rm aliquando tantum se humiliauit pro xp̄o q(uan)tum
se xp̄s humiliauit pro nob? Immo quis n̄rm aliquando. ut leuem p
xp̄o tulit iniuriam ⁊ nō statim si potuit uicem reddidit si nō potuit
murmurauit? Et ecce filius di. d̄s de d(e)o. d̄ns maiestatis per quē
facta sunt om̄ia. qui est super om̄ia benedictus. p nob carne uestit(ur)
humana: a seruis suis impiis manib; traditur ⁊ ligatus. percutitur
⁊ flagellatur. illuditur ⁊ iniuriatur. dehonestatur ⁊ irridetur. ad ul
timum in cruce suspensus: morte turpissima condempnatur. ⁊ nō
clamauit. non aperuit os suum nec audiuit aliquis in plateis
uocem ei(us). Quid miseri dicturi sumus ad hec. quando nec unum
quidem istor(um) patienter pro xp̄o p(er)tulimus? Quid responsuri sum(us)
in die iudicii quando crucis insignia quib; xp̄s pro nob ⁊ dimicauit
⁊ uicit in testimonium cunctis gentib; apparebunt. quando in
potestate magna ⁊ maiestate uenturus est ut iudicet mundū
⁊ crimina mundi per ignem? Iudei tūc miseri uidebunt in
quem compunxerunt. gentiles agnoscent in quē nō crediderunt.

reges ⁊ ꝑncipes ſentient quem non timuerunt. ſacerdotes ⁊ cle
rici quem neglexerunt. heretici quem blaſphemauerunt. ⁊ in
dentes horrebunt ⁊ contabeſcent in ſemetipſis. qm̄ irruet ſuper eos
formido ⁊ pauor. dum ſurrexerit dn̄s percutere t͞ra. Tc̄ ſurget
in iudicio niniuite. id eſt populi xp̄iani. ⁊ condempnabunt pro
genies illoꝝ. qm̄ penitentiam egerunt in predicatione illius. qui
de uentre ceti hoc eſt ab inferis reſurrexit. Iudicabuntur ⁊ falſi
nichilominus xp̄iani. qui cum intelligentes ⁊ cognoſcentes. nō
ſicut dm̄ honorare uoluerunt. ſ; exarſerunt in concupiſcentiis
ſuis. ⁊ ſecuti ſunt deſideria cordis ſui. ambulantes in deliciis ⁊ uo
luptatib; carnis. quoꝝ dſ̄ uenter eſt ⁊ gl͞a in confuſionem. quoꝝ
finis interitus. ⁊ mors ſtipendia peccatoꝝ. Hi tales habebunt
dampnationes maiores. qui primam fidem irritam facientes. a
bierunt poſt ſatanan ⁊ abalienati ſunt retrorſum. Qđ auertat
a nob̄ dſ̄ ſalutaris nr̄. auertat iram ſuam a nob̄. eripiat nos de
manu herodis. ⁊ de omni expectatione plebis ipſius. ille qui forte
armatum fortior debellauit. ille qui mortem nr̄am moriendo
calcauit. ⁊ uitam reſurgendo ſperare conceſſit. ille qui expugna
to diabolo cum ſua potenter egypto. captiuitatem nr̄am ſua du
xit uirtute captiuam. O faciat dſ̄ ⁊ adiuuat. ut cum beatiſſimus
paruulis hebreoꝝ. cum paciferi ramis oliue. cum palma uictorie
procedentes. uenienti poſſimus occurrere xp̄o. ut cum apparuerit
nob̄ uita nr̄a que xp̄s eſt. appareamꝰ ⁊ nos cum ip̄o in gl͞a. in qua
uiuit ⁊ regnat cum patre ⁊ ſp̄u ſc̄o. in ſc͞la ſc͞loꝝ Amen.

Item in ramis palmarum.

.XXXI. Sicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ⁊ cetera. Ante
quam de propoſita quicquam ſimilitudine diſſeramus.
eiꝰ originem ſicut uetus hꝫ hyſtoria perſcrutemur. ut ex ipſo

cauſe ꝑncipio. ſequens terminus aſſignetur. Tunc enim meliꝰ
que mēbra ſequantur agnoſcimus. cum ꝑ indagationem certio
res effecti. nichil de capite dubitamus. Legimus g̊ in libro
numeri. qđ dum filii quondam iſrł in deſerto poſt excuſſum
egyptie captiuitatis iugum propt̄ peccatum murmurii ꝗuit
a ſerpentib; affligerentur. clamauerunt ad moyſen. ⁊ confiten
tes peccatum ſuū. dixerunt. ora dn̄m. ut tollat a nobis ſerpen
tes. Orauitq; moyſes pro popło ⁊ dixit dn̄s ad moyſen. Fac
ſerpentem eneum ⁊ pone ꝓ ſigno. quē pcuſſi aſpiciebant ⁊ ſa 149
nabantur. Hec in ſupficie ſimplex hyſtoria pingit. ſ; quid
pictura deſignet ut quomͦ ad eiꝰ ſimilitudinem exaltari opor
tebat filium hominis. illud eſt opere pcium intueri. Quia ſt̄
opa dī ſcīs kmī. ⁊ tanto diligentius conſideranda mortalibus.
quanto ⁊ interdum ut ſimplicit̄ geſta. ut ſuperflue conſcrip̄ta
uidentur. Ecce enim iuxta ueritatem hyſtorie quid ſimpliciꝰ
potuit ut a dn̄o precipi ut a miniſtro compleri. quam qđ eneus
ſerpens uiuis ſerpentib; obiceretur. ⁊ ille crederetur uitam redde
percuſſis. qui uita potius indigeret. Hoc tam indignum
dō quam ⁊ abſurdum erit hominib; ſi nō utilitas conſecuta. ſet
tantum litt͞a ſimpliciter attendatur. Si aūt huiꝰ ſimulati cont̄
ueros ſerpentes inſpiciamus effectum. quid in tali caſu fortius
fieri. quid potuit ſalubrius prouideri. Vt enim taceamus ad
horam magnum huiꝰ figure myſterium. qm̄ quidem in figura
contingebant illis. ⁊ ſcripta ſunt ad doctrinam nr̄am. nullum
potuit contra uenena ſerpentum ut celeriꝰ ut generalius excogi
tari remedium. quam qđ uno momento pariter omnium oc͞lis offer
retur. ⁊ unum tante multitudini ſufficeret in deſerto. Vix enī
poſſet tot ſimul leſis medicoꝝ turba ſuccurrere. uix ut uniꝗſq;

modicum quid accipiet: milia tot afflictis antidota subvenire. Ad-
inventum est igitur divina virtute solatium. quod et generaliter succurreret
universis: et simul haberetur a singulis totum. Et ne forsitan horrorem
faceret si gustandum esset. aut laborem si forte tangendum ut fetidum
odoratu ut tediosum auditu: fit similitudo serpentis et elevatur
in signum. ut serpente percussus: presto memoriam serpentis ha-
beret. et in alto conspicua: solo visu facillime quisque consequeretur
quod vellet. Ex cunctis enim corporis sensibus: minori labore et
maiori delectatione. oculis et longius imus: et statim attingimus. et citius
repedamus. Certum est igitur quia nullum fuit pro rerum necessitate
competentius inveniri subsidium. quam quod in alto positum. a cunctis
videri posset in puncto et visum: cunctos in momento curaret. Quoniam
autem res insensata tantam sensibus humanis non sicut prediximus gu-
stu. non sicut assolet appositione. sed solo duntaxat intuitu poterat
prestare salutem. cum nec in serpentis imagine nec esset tanta virtus
in ere: queramus si placet ab illo a quo factum est istud. ut per inspi-
rationem gratie sue: faciat mentibus nostris scrutabile. quod fecit mirabile
in oculis nostris. Et quia manifeste quod querimus littere facies non osten-
dit: dimittamus litteram que occidit. et sequamur spiritum qui vivifi-
cat. et ipse docebit nos: qui sunt serpentes in terra persequentes ad mor-
tem. quis sit serpens exaltatus a terra: destinatus ad vitam. Diriga-
mus aciem nostre mentis ad eum: qui exaltatus a terra secum omnia
traxit. et ipse diriget per semitas iustitie gressus nostros. Dicamus
et nos oculi mei semper ad dominum: et ipse evellet de laqueo pedes meos.
Mirum enim in modum dum nos sursum caput attollimus: ipse
pedes a laqueo ne capiantur observat. hoc est enim quod alibi dicitur.
iacta cogitatum tuum in domino: et ipse nutriet te. Verum hec alias:
nunc autem ad propositum redeamus. ¶ Serpentes igitur qui perdere

dei populum in deserto et errantem per devia modis omnibus
elaborant extinguere: illi nec dubium sunt. quorum caput et
princeps parentes nostros de paradiso deliciarum eductos: ad hanc
heremi vastitatem humane perditionis auctor abegit. Qui
tanto post modum crudelius cum suis carnificibus hominum
grassabatur in mortem: quanto procul a gratia divina remotos
secure iam possidebat absque defensore captivos. Agebat itaque
satan et turba satellitum eius et quamdiu recens hominis in
deum esset offensa: totis nisibus ad eius interitum festinabat. metu- 110
ens ne benignissimus dominus ut propria misericordia motus ut miseria
hominum provocatus: ad liberationem flecteretur humanam. Hic
utique fuit: qui populum in luto et latere tyrannus laborare cogebat.
cupiens in volutabro voluptatum: hominis culpam semper
augere. ut tantum ab oculis divine misericordie redderet alienum: quanto
viciorum sordibus involutum. celesti miseratione monstraret indignum.
Unde postquam sonus ille de celo factus est repente qui diceret
dimitte populum meum sacrificare mihi. et hinc inde multa de redemp-
tione generis humani et cultura vere deitatis sermo cepit into-
nare divinus: paleas et que prius ministrabat libidinum fomenta
subtraxit. ut homines illecebris assuetos: horrore servitutis
diu terreret. ut quadam necessitate coacti: solatia carnis expete-
rent que perdidissent. et sub pristina captivitate magis eligerent
vivere luxuriose: quam in dei servitio. etiam cum summo libertatis
honore degentes: carnis penuriam pati. Hinc vox est illa ingrate
multitudinis in deserto contra dominum murmurantis. utinam in egip-
to mortui fuissemus: quando sedebamus super ollas carnium et come-
debamus in saturitate. Sic et hodie fidelibus christi plerumque contingit.
ut quotiens aliquis renuntiare diabolo et operibus eius voluerit. quotiens

ad deum seruitutem deuotus accesserit: per immissiones angelorum malorum multis undique tribulationibus quatiatur. multis feriatur iaculis inimici. ut hic murus lacessitus inde miser egestate confectus: retrorsum cogatur aspicere. et quas iam reliquerat: quas dudum ipse tympanauerat non sine culpa murmurii carnis iterum delicias suspirare. Hoc nimirum insibilante carnalibus antiquo serpente. ut per gulam: ad luxuriam prouocet. sicut et quondam parentibus primis: quibus post gustum mortis. nec mora persuasit et coitum. Et ista quidem malignitatis auctor exercens: humanum genus a primo expulsionis sue die per tempus et tempora per generationes et generationes mortis uenena diffundens: iugo dure seruitutis oppressit. pro solatio habens: in perditione sua plures numerare consortes. Sed postquam miserendi tempus aduenit. et iusticia de celo prospiciens. uidens uidit afflictionem populi sui. et gemitum eorum audiuit: misericordia motus est. et misit protinus saluatorem qui liberet eos. legis latorem dominum ihesum christum. qui pharaone submerso: populum suum de uinculis captiuitatis ereptum et ab immundiciis egyptiorum per ignem et aquam ablutum: in deserto solitudinis procul a mundana conuersatione locauit. ut pie de reliquo et sancte uiuentes: terram eterne promissionis intrarent. Sed iterum diri serpentes et emuli saluationis humane quia per tyrannidem opprimere populum sicut antea nequeunt: calcaneis hominum insidiantur. et quos male cautos inuenerunt: letaliter uulnerant et occidunt. Contra quod malum moyses sapientissimus alter: protinus signum salutifere crucis erexit. per quod et a morte morsos eripuit: et ne reliqui mordeantur ad mortem effecit. Istud utique signum est: per quod primogenita feriuntur egypti. et populus hebreorum: illesus a percussione seruatur. Hoc certe signum figurabat ille uestitus lineis:

qui gestabat atramentum scriptoris ad renes. dum scriberet tau: in frontibus dolentium et gementium super cunctas abominationes domus israel. per quod ceteris in gladio corruentibus: soli signati seruantur a cede. Istud est signum: quo centum illa quadraginta quatuor milia consignantur. ad cantandum canticum nouum electa. Istud est signum illius senioris antiqui: cui contradicetur. quod est incredulis: ad ruinam mortis. fidelibus autem: ad resurrectionem uite. Istud est signum ione prophete. quem de ligno proiectum in mare: cetus uenter suscepit. ac die tertia uiuum in
et incolumem reddidit. et christus de ligno depositus: in corde terre hoc est in sepulcro de petra dormiuit. unde post triduum superato mortis imperio: uiuens et incorruptus exiuit. Hoc signum est certe quod propheta dudum contra omnes impetus implorabat dicens. Fac mecum domine signum in bonum: ut uideant qui me oderunt et confundantur.


Hoc itaque signum in similitudine serpentis aptatur: ut serpens serpentes interimat. sicut et christus dominus in similitudine carnis peccati apparens: de peccato dampnauit peccatum. et morte sua: mortem superauit eternam. Sic et coluber moysi: egypti colubros deuorat. et infernum christus sua morte momordit. iuxta diuinum illud oraculum: in persona christi comminantis prophete. o mors ero mors tua: morsus tuus ero inferne. In hoc signo filium oportebat hominis exaltari. per quod et spem salutis daret in terra mansuris: et uiam monstraret ascensuris in celum. Hoc itaque signum uniuersale quod a primis seclis omnipotens pater hodierna die disposuit exaltandum: multis antea signis uoluit figurari. ut tanto fidelius ad adorandum omnes accurrerent: quanto et presciarent certe uenturum. et didicissent multipliciter presignatum. Ex quibus istud est unum: quod in auribus modo uestre fraternitatis insonuit. de serpente quem moyses sicut

ante retulimus in signum erectum. et muto genere medicandi. ex
serpentium ictus exposuit cunctis populis intuendum. In quo fa
cile potest adverti. quantum possit in ecclesia nomen domini ihesu christi. nomen
super omnia nomina positum et exaltatum. Si tantum potuit in deser
to signum manu hominis fabricatum. quantum valeat ad ef
fugandum demones signum crucis. Si tantum contra serpentes
valuit figura serpentis. Ubi tocius impietatis auctores nec immerito
arguuntur iudei. qui negant crucifixi potentiam et maiestatem.
cum certe recipiant et attestentur. virtutem imaginis insensate.
Aut ergo redemptorem nostrum pro salute mundi de ligno crucis pe
pendisse videant et cognoscant. ut habeant potestatem cum disci
pulis christi calcandi super serpentes et scorpiones. et umbre veritatem
non veritatis umbram sectentur. aut causas in sin serpentis expo
nant. quomodo prodesse poterat ad salutem. si non pretenderet sal
vatorem. Sed vere sicut illi qui serpentem eneum in deserto viderunt.
licet sanati fuerint ad tempus terram tamen promissionis non intra
verunt. sed qui ex eis nati sunt filii non sub moyse sed sub iosue qui
typum christi gerebat et nomen. aquis iordanicis sanctificati locum
sanctificationis meruerunt adire. Sic et isti. quamquam legis scripturam et
sanctitatis speciem teneant, tamen non introibunt in requiem meam.
Sed qui ex eis generati sunt christianam baptismatis unda mundati. et
crucifixi nomine consignati. non sub moyse hoc est sub umbra legis.
sed sub ihesu christo et evangelii veritate. regnum dei in eterna tabernacula
possidebunt. Hoc autem inter similitudinem veritatis et veritatem
similitudinis distat. quod illa oculis inspecta corporeis. et brevem ho
mines servabat ad vitam et a morte perpetua non liberabat
servatos. hec autem fidei conspecta luminibus. et a perpetua suos
eripit pena. et vitam insuper largitur eternam. Constat ergo in

veritate. quod dicitur exaltari oportet filium hominis. quia salvator
noster. pro salute hominum. in figura mosayci serpentis est exal
tatus in cruce. ut omnis qui credit in illum. non pereat. sed habe
at vitam eternam. Nos ergo fratres karissimi recolentes eum qui passus
est in cruce pro nobis. etiam signum passionis ipsius. signum
salutifere crucis. signum victorie christiane. de quo vita nostra pe
pendit. et per quod demonia subiciuntur nobis. supplices adoremus
et veneremur. sperantes in christum dominum qui per ipsum terribile signum
de mundi principe mirabiliter triumphavit. quod ipse nos in
hoc peregrinationis deserto. et ab incursibus demonum servabit il
lesos. et post longum exilium ad patriam revocabit. Ubi cum
angelis et pueris hymnum glorie sue cantemus. sine fine dicentes.
osanna benedictus qui venit in nomine domini.

In die cene.

xxxii Ante diem festum pasce sciens ihesus quia venit hora eius.
surgit a cena et ponit vestimenta sua. Admonitur
ex debito pastorali filios karissimos uteri mei. non erubesco fratribus
levia. provectis simplicia. paucissima pluribus exponenda propone
re. sciens utique vos grate que patris sunt et si minus grata su
scipere. cum certe noveritis. senem debilem nullaque virtutum
firmitate constantem. nec fortia facere nec posse gravia sustinere.
Corpus enim attritum laboribus et animus inquietudine fractus.
opus et onus omne recusat. presertim. ubi currere per ardua cogitur
qui alieno per humilia baculo sustentatur. Ad diem festum istum
fateor ascendere volui si daretur. et que in eo divina geruntur
mysteria diligentius vestigata. fratribus indicare. Sed tum propria
infirmitate retentus. tum vero maiestate perterritus. pedem
retraxi. metuens illud mosaycum. non appropinques ad locum.



qm ita sca e. Tot enim ac tanta sunt hodie diuine dignationis
edita mortalib; sacramenta: ut ea et si mens humana quouis intel
lectu concipiat: nullo tamen sufficiat explicare sermone. Qpp̄
dolore torqueor et ingemisco. quia p̄sepe filii uenerunt ad partū:
s; deest mi misericum clauis dauid que lingue reseret ostium. ut
concepta aliquando prodeant in aspectū. Sps enim promptus est
s; scientia tarda. uita indigna. uicia multa. uirt nulla. caro
fragilis et infirma. Quid g facies? Reuela inquit dno uiā
tuam. infirmitatem tuam. impotentiam tuam: et quod tu nō
potes ipse pficiet. ipse te nutriet. Ferunt illi qui uiderunt
opa dni et mirabilia ei in profundo. beluam repperiri marinā
que solo dicitur aere nutriri. et in aquis uehementib; rorem de
nocte captare celestem. Esuriens etenim: surgit de profundis
aquarum et in summam fertur planiciem equoris. indeq; madidū
exerens caput: apertis rictib; sereno pernoctat sitibunda sub di
uo. et ita guttis noctium saciata: consuetum regreditur ad cubi
le. nichil habens preter natatum in labili cum ceteris elemento
commune. Innocuum animal. nec preda nec sanguine s; tenuissi
ma tantum ut diximus roris aspgmine delectari. Unde nec
supfluitates habere quas egerat cum nichil ingerat plusquā
nature sit satis: nec difficulter ad aera sustolli. cū nō sit terrena
moles que deorsum premat. Cui carnes si forte gustaueris: cūc
tis inuenies piscib; pinguiores. delicatas suauissimas ac saporas.
ut prestantiore non dubites alimento nutritas: que sup alios habe
ant prestare dulcorem. Quid itaq; frs. nōne sensum nob insen
sata suggerere. nōne uidentur rationales animas ipa quoq;
bruta docere. ut qui xpm credimus celi monarchiam obtinere
de mundi fluctib; capita subleuantes in altum. addiscamus

et ipsi spm de celis imbibere. que sursum sunt sapere non que
sup terram. nichil intra cum ceteris preter uite motum habere. nich
terrene supfluitatis assumere qd nec sine dolore possimus amittere
nec sine molestia retinere? Et hoc in nocte non in luce fiat. tūc
enim melius ad appetenda celestis patrie dona interior acies aptat:
quando clauduntur exterius oculi ne uideant scli uanitates. et
hauriant aliquid uoluptatis ad tempus unde cor mereat sine fi
ne.. Ecce litterarum tenemus abyssum. legimus et fluctuamus. esurimus
scientiam et non saturamur. qm ad eum qui scientiarum est dns:
totis minime desideriis anhelamus. Surgamus g karmi de pro 113
fundis aquarum. et scripturarum obscura referamus ad illum: qui hēt
spm sapientie et intellectus. guttura scientie ieiuna pandamus.
si forte uideat et ignoscat inbrem seruorum et infundat pala
tum et fauces. donecq; ut modicum aliqd hodierna gustare de
cena. in qua dns idem est et minister. idem panis et cibus. cibus et
potus. sacrificium et sacerdos. imolator et uictima. conuiuū mira
biliter et conuiua. Hodie namq; sic sca mat habet ecclia. pasca
ueteris agni qui pplm dni legitima dudum obseruantia liminis
sanguine postib; libauit: transfertur in pasca nrm. quando
uerus di agnus immolatus est xps. qui plenius ac pfectius
omnia que pagnum uni populo collata sunt antiquitus in figu
ram: nō iam imaginib; uerum s; reb; imaginum cunctis gentib;
erogauit. Ibi enim post comestas agni carnes: transiuit dns
p egyptum nocte. et omnia primogenita pcussit egypti. poplmq;
suū agni sanguine presignatum: in manu forti et brachio re
demit extento. Hic autē: appropinquante passionis articlo.
postquam dedit corpus et sanguinē suum discipulis ad man
ducandum: nocte hoc est in sopore mortis sue transiuit dns

p̄ inferniun. p̄cuſſoq; diabolo cum principib; ſuis: uaſa captiui
tatis humane de manu fortis erepta. ſecum eduxit in libertē
titulo proprii ſanguinis inſignita. ¶ Hodie fermentum uetu
ſte corruptionis: ſincerum cōmutatur in azima. dum panis
natura dī potentia: xp̄i conſecratur in corp̄ ad ſalutem credenti
um. ⁊ iugum legis lapidee qđ patres antiqui portare nō pote
rant: euangl̄ice ſuauitatis oleo cōputreſcit. dum illud rigoris
moſaici qđ erat dentem pro dente: in clementiam uertitur
xp̄ianam. que eſt dimittite ⁊ dimittetur uob̄. Quid enim ali
ud operatur in eccl̄ia dī ſacroſc̄m criſma qđ hodie gemino de li
quore conficitur. niſi remiſſionem gemine ſeruitutis qua p̄me
batur humana conditio. legis uidelicet ſcripte. ac maledictionis
antique? Hinc eſt enim quod dies hec toto t̄rar̄ orbe p̄celeb̄s:
dies dicitur abſolutionis. qm̄ ⁊ uiciate culpam originis ⁊ legale
debitum circumciſionis: remiſit in baptiſmate ſola gr̄a miſe
rentis. Qui enim tradidit hodie ſemetipſum pro nob̄ quid
aliud quam libertatis nr̄e precium in crucis bilance penſauit? Ni
chil ḡ relictum eſt diuine iam indignationis in hoīem: nichil
humane poſt hec offenſionis in dm̄. ubi pro ſeruo: traditur dn̄s.
pro peccatore: moritur iuſtus. pro mancipio: ponitur filī. ſatisfac̄
